



H. Bonitz.

Ed. Fraenkel

ARISTOPHANIS

N V B E S

CVM SCHOLIIS

DENVO RECENSITAS

CVM ADNOTATIONIBVS SVIS ET PLERISQVE

IO. AVG. ERNESTII

EDIDIT

GODOFREDVS HERMANNVS

LIPSIAE
SVMPTIBVS LIBRARIAE HAHNIANAE
MDCCCXXX.



PRAEFATIO

Non cogitabam de Aristophane, in quo diligentem operam ponere coepit quinque iam fabulis editis G. Dindorfius, Seidlerus autem ita quasi habitat, ut, modo velit, criticos atque interpretes vincere possit omnes, quum rogatus sum ab librario, ut Nubes, quas ante hos triginta annos edidissem, denuo in lucem emitterem. Nolui deesse viro aequum petenti, etsi intelligebam, haud paullo molestius esse negotium, veterem laborem retractare, quam instituere novum, praesertim mutata per hoc temporis intervallum, maxime quod ad poetas scenicos attinet, omni ratione artis criticae. Nam illo tempore quum repetenda mihi esset editio Ernestii, emineretque tum Brunckius, non minus suopte ingenio, quam Dawesii praeceptorum fiducia emendator audacissimus, horum adnotationes virorum, omninoque qui tum erat philologiae status, multa dici postulabant, quibus hodie nemo indiget. Accedebat, quod necessarium videbatur, codicum qui collati essent, scripturas indicari omnes: quarum plenam enumerationem nunc relinqui decet iis, qui id ipsum agunt, ut quam fieri possit copiosissimum exhibeant instrumentum. Iam vero, quum nec mutare prorsus prioris editionis rationem, nec servare quae plane inutilia viderentur vellem, ancipite via medium inter diversissima tenere consultius duxi. Quo etsi scio me non esse omnibus satisfacturum, aliis, quae omitti potuerint, dicta; quae dici, omissa culpantibus: tamen neque captare superbae taciturnitatis laudem, nec fugere reprehensionem ubertatis non omnibus tamen ingratae meum est. Itaque Ernestii adnotationes alias omisi, alias, et for-

tasse plures quam debebam, servavi quidem, sed recisis quae falsa essent vel nihil utilitatis habitura. Codicum autem scripturas, prouti vel impeditior aliquis locus esset, vel dubitationi aut coniecturae ansam praebere possent, modo omnes modo potiores adieci. In adnotationibus modum tenui eum, ut retinerem, quas hodie quoque quibusdam profuturas crederem, alias autem corrigerem, alias adderem novas. Quumque in priore editione ab interpretando me abstinuissem, quod neque repetere quae ab aliis dicta essent vellem, et iustam interpretationem maioris operis quam pro huius libri modulo esse intelligerem, idem nunc quoque sum consilium sequutus, nisi ubi ab aliorum mihi sententia discedendum viderem. Quemadmodum adnotationum, sic etiam veteris praefationis partem retinui, partem mutavi, alia adieci nova.

Sed ut constet, quibus usi simus in emendanda hac fabula librorum auxiliis, primum Ernestii codices commemorandi sunt, de quibus ille in Observationibus philologicocriticis Lipsiae a. CIƆIƆCCXCV. editis sic scribit. *Sub signo R. adscripta est varietas codicis Regii collati cum exemplo Basileensi Frobenii. Igitur interdum, ubi illa lectio iam est in textu Kust. adscripsi:* sic Kust. *Vbi nihil diversitatis notatum est, consentit cum Basil. L. est cod. Leidensis. C. Coislinianus, nunc Regius. Ia. Iesuit. Paris. primus. Ib. Ies. Paris. sesundus. I. cod. Ies. uterque.*

Brunckius porro quinque contulit codices, de quibus ita in notis ad Ranas p. 147. exponit:

A. Regius membranaceus MMDCCXII.

B. Regius chartaceus MMDCCXVII.

C. Regius bombycinus, post impressum catalogum in bibliothecam illatus, quo continentur Plutus, Nubes, Ranae, cum scholiis et glossis inter versus.

D. Meus, quo continentur tres eaedem fabulae. Codex est bombycinus, eleganti manu scriptus, cum scholiis aliquot in margine, et glossis inter versus minio scriptis. In extrema ultimi folii pagina librarii nomen et loci, ubi scriptus fuit codex, his verbis notatum: Μιχαὴλ ὁ τοῦ Λυγγᾶ πενίᾳ συζῶν ἐξέγραψεν ἐν Ῥυθύμνῃ Κρήτης.

His accedit alius Regius, cuius lectiones in addendis notavit Brunckius, numero MMDCCCXX. Eum quartum Regium nominavi.

Praeterea duorum codicum lectiones suppeditavit Harlesius. Eorum alter, Bavaricus, forma maxima, nitide scriptus, sed recentior, Plutum, Nubes, Ranas et Ecclesiazusas continet; alter, Elbingensis, a Trendelenburgio collatus, Plutum habet, et Nubes et Ranas.

Horum codicum indices lectionesque comparanti suspicio nascatur necesse est, partem certe Ernestii librorum Parisiensium non esse diversam ab iis libris, quibus postea usus est Brunckius. Quod ego quidem de uno saltem libro Ernestii pro certo affirmaverim. Quem enim ille codicem Regium vocat, is ita etiam in levissimis rebus cum Regiis membranis apud Brunckium conspirat, ut, sicubi lectiones inde enotatae differant, id non nisi eorum, qui hunc librum inspexerunt, negligentiae tribuendum esse videatur. Iique hoc facilius errare potuerunt, quod plerisque in locis plurium librorum lectiones indicandae erant, in qua copia et quasi turba varietatum non mirum, si quid aut periit, aut mutatum fuit, aut aliis quam in quibus repertum erat libris adscriptum. Discrepat autem lectio, quam Ernestius e Regio libro et Brunckius e membranis, quas littera A. notavit, commemorarunt, his tantum in locis. V. **306.** ubi e Regio *ὑψιρεφεῖς* affert Ernestius, Brunckius autem e membranis *ὑψερεφεῖς*. V. **347.** ubi Ernestius e Vat. et Reg. *πᾶν ὅτι βούλονται*, Brunckius e membranis *πάνθ᾽ ὅ τι βούλονται* adnotat. V. **394.** ubi quum A. habeat *πόθεν ἔρχεται*, vereor ne Ernestius Regium male adnumeraverit iis libris, in quibus est *πόθεν αὖ φέρεται*. V. **546.** ubi Ernestius e Regio notavit *κ. αὖτις ἐνεπήδηκα*, Brunckius autem ex A. C. D. *κοὐκ ἐς-αὖτις*, vel *ἐςαῦθις*, vel *κοὐκέτ᾽ αὖθις ἐμπεπήδηκα* commemorat. V. **760.** ubi Regius *εἶλλε*, cum glossa *ἀπόκλειε*, et A. *εἶλλε* cum eadem glossa habere dicitur. V. **933.** ubi *ἢν ἐπιβάλλεις* Ernestius e Vaticano, Regio, Leid. Ies. primo, *ἢν ἐπιβάλῃς* Brunckius ex A. B. C. affert. V. **993.** ubi *θώκων* Vat. Reg. et Ies. uterque, *θωκῶν* autem Brunckii libri omnes habere dicuntur. Alia diversitas est in v. **1029.** quam

ab Ernestii, aut quicumque Regium illum codicem contulit, negligentia profectam esse ad istum locum indicavimus. Porro v. 1037. ubi in Regio et Leid. πάλαι γ' ἐπνιγόμην, in membranis πάλαι γ' ἔγωγ' ἐπνιγόμην esse tradunt. V. 1117. ubi quum vdlgo χώρει νῦν legeretur, Ernestius pro νῦν in Regio τὰ νῦν inveniri notavit, Brunckius autem e membranis χωρεῖται νῦν protulit, quas leetiones quivis intelligit ad unum librum pertinere, negligentius ab alterutro inspectum. V. 1204. ubi νεναομένοι in Regio, νενησμένοι in A. C. D. scriptum dicunt. V. 1357. ubi quum vulgo ederetur ὅθεν γε τὸ πρῶτον, ab Regio γὲ abesse dicit Ernestius, Brunckius autem in membranis legi observat ὅθεν πρῶτον. V. 1388. ubi Ernestius e Regio κακκᾷν profert. In quibus locis omnibus ut negligentius versati videntur ii, qui isto libro usi sunt, ita idem iis accidisse credibile est in aliis quibusdam locis: ut v. 191. ubi Ernestius ex Regio singularem lectionem ἵν' εἰσὶν οὗτοι affert, Brunckius autem de membranis tacet; v. 1371. ubi quum Brunckius ἀξύστατον e Suida et quarto Regio adsciverit, Ernestius autem id ipsum in Regio libro esse dixerit, aut Brunckium membranas non inspexisse, aut Ernestium in libri indice errasse crediderim; v. 1447. et 1496. ubi τί φῄς, τι φῄς σὺ, et κεὶ, quas lectiones sine libri nota profert Ernestius, quum in membranis inventae sint, haud dubie ad eumdem istum codicem Regium pertinent.

Reliquorum Ernestii codicum Parisiensium non est ea cum Brunckianis conspiratio, ut pro iisdem haberi facile queant: e quibus a Coisliniano dissentit Brunckii Regius B. v. 543. 1105. 1160. 1204. 1377. 1388. Regius C. v. 1252. 1301. 1377. 1411. quartus Regius v. 1104. prima manu, et 1377. Brunckii denique codex, quem littera D. notavit, semel, v. 995. Iidem Brunckii codices frequentius recedunt ab Ies. primo, cum quo Bavaricus maxime conspirat, qui in his tantum locis ab eo discrepat, v. 754. 995. 1036. 1359. Cum Ies. secundo denique vehementer consentit Elbingensis liber, qui tantum in his locis diversam lectionem habet, v. 996. 993. 1010. 1262. 1445.

Accesserunt ad haec insignes copiae tum ex codicibus a R. Porsono inspectis, tum ex libris, quorum scripturas una cum Porsoni notis edidit P. P. Dobraeus Cantabrigiae a. cIↃIↃcccxx. Quem is in fronte huius libri posuit indicem illorum codicum, in eo de iis libris, qui Nubes habent, haec scripta sunt.

A. *in Porsoni notis, et in Appendice. MS. Harleianus* 5664. *in Museo Britannico. E Barocc.* 127. *fluxisse apparet.* Hunc Harleianum nominavi.

Ar. *Arundelianus, nunc Regiae Societatis Londinensis. Collationem cum Kustero communicavit Daubuzius, in cuius notis MSS. multa ex hoc codice, et alio, ni fallor, excerpta vidi apud Burneium. Ipse codicem, satis recentem, in aliquot locis inspexi.*

B. *in Porsoni notis. Baroccianus* 127. *in Bibl. Bodleiana. Liber antiquus in membrana.* Hunc vocavi Barocc. 127.

Dorvillianus, *nunc Bodleianus* X. I. 3, 13. *Vide Gaisfordii Catal. MSS. Dorv. p.* 16. *Porsonus: „in aetate codicis Dorvilliani notanda erravit Hemsterhusius. Anni nota haec est“ [tum codicis sigla imitatur] „i. e.* ἔτους ςȣ ϡȣ μθȣ ἠνδικτος ιε̄ (*Anno sc. Mundi* 6959. *Indict.* 15. *sive A. C.* 1451. *Scriptus igitur codex intra initium Septembris et finem Decembris.*“)

L. *Exemplar editionis Caninianae Lugduni apud Gryphium* 1548. *Fuit Andreae Dudithii, deinde Isaaci Vossii* (*Vide MSS. Angl. et Hib.* 2716. 44.) *nunc in Bibl. Leidensi, Hist.* 729. *Catal. p.* 260. *Contulit vir doctus, forsan Dudithius, Plutum, Nubes, et Ranas, cum codice bonae notae. Vnde quum nonnulla in Appendicem retulissem, Leidam forte revisens iterum excerpsi: vide Addend. ad Plut.* 132. *Totam Syllogen nunc vulgatam credo ab Hemsterhusio ad Plutum et a Tittmanno in Ruhnkenii Epistolis pp.* 126 — 128. *sive hic.* Quae a Tittmanno edita sunt, ad solas Nubes pertinent, adiuncta diversitati scripturae codicis Leidensis, quam ab Ruhnkenio acceptam in adnotationibus suis memorat Ernestius.

1. 2. *in Porsoni notis. Barocciani* 34. 43.

1. 2. vel Cant. 1. 2. *Duo codices in eodem volumine, Bibl. Publ. Cantab. N. 3. 15. Prior continet Plutum et Nub.* 1—470. *e supplemento scribae recentioris, deinde Nub.* 500—*fin. et Ranas cum glossis et scholiis a manu sat eleganti. In fine,* αὗται αἱ περὶ τὰς συντάξεις τῶν ἀπορῶν λύσεις καὶ πᾶσαι ἄλλαι ἐξηγήσεις εἰσὶ τοῦ σοφωτάτου καὶ ῥητορικωτάτου Θωμᾶ τοῦ Μαγίστρου, τοῦ διὰ τοῦ θείου καὶ ἀγγελικοῦ σχήματος μετονομασθέντος Θεοδούλου. *Codex simillimus ei, qui tres Aeschyli et totidem Euripidis fabulas olim continens, nunc in duos distractus est, Bibl. Publ. Cant. Nn.* 3. 14. *et* 17. *et quem Saeculo XIV. assignat Porsonus in Syllabo Codicum Orestis.*

Posterior codex, priore recentior, continet Plutum, Nubes, Ranas cum scholiis marginalibus ab eadem manu, et glossis et scholiis ad Plutum et Nubes ab alio scriba, qui et varias lectiones plurimas annotavit, et ipsum textum subinde refinxit. Hunc voco Correctorem. Incipit ms. τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Θωμᾶ τοῦ Μαγίστρου σύνοψις τοῦ βίου Ἀριστοφάνους καὶ τῆς τοῦ δράματος ὑποθέσεως. *Deinde scholiis praefixum, a m. pr.* σχόλια τοῦ αὐτοῦ Μαγίστρου. *Notandum, quibusdam praeponi,* παλαιόν. *Vide Collationem Ran.* 562. *Notandum etiam, longas* α, ι, υ, *interdum lineola superscripta indicari, et huiusmodi signum* < *adhiberi, ut in Ran.* 16. 71. 139. *supra breves syllabas in* ποιήσης, ποιητοῦ, τυννουτωΐ. *Vnde videtur codex Triclinii recensione non immunis esse; vide eum in Proleg. Aristoph. Kust.* p. X.

3. *vel* Cant. 3. *Bibl. Publ. Cant. Nn.* 3. 3. *Plutus, Nubes, cum scholiis et glossis. Codex satis recens, et saepe mendose scriptus, sed multas optimas lectiones exhibens.*

4. *vel* Cant. 4. *Bibl. Publ. Cant. Nn.* 3. 16. *Plutus Nubes, cum glossis et scholiis; recens, et valde interpolatus. Insigne exemplum Plut.* 879 — 80.

Hi quatuor codices Askewii, et antea Meadii, fuisse videntur.

5. *vel* Harl. 5. *Harleianus* 5725. *Plut.* 266 —*fin. Nubes, cum glossis et scholiis. In Pluto post* 551. *et per totas Nubes consentit cum Barocc.* 43. *et Leidensi, quantum quidem huius lectiones innotuerunt.*

6. *vel* Harl. 6. *Harleianus* 6307. *Plutus, Nubes; deinde Ranae ab alia manu, recentissima illa et inelegantissima.*

Ex his sex codicibus, 1. 2. 3. *accurate contuli, diligenter excussis glossis et scholiis: in* 4. *scholia marginalia plerumque neglexi.* 5. 6. *ad Nubes olim collatos nunc recognovi. Per totam Appendicem, nisi ubi aliter factum esse moneo, usus sum ed. Bas.* 1532. Hos ego sex codices nominavi Dobraei primum, secundum et sic suo quemque numero.

Accedunt his denique Ravennas et Borgianus, quorum prior membranaceus, alter chartaceus, primo ab Invernizio, sed parum diligenter collati sunt. Itaque Ravennatem denuo excussit Imm. Bekkerus, qui eum dicit forma maxima esse, foliis ferme 180. manu scriptum eadem vel persimili Aeschylo, Sophocli, Demostheni Florentinis (Laurent. plut. 32. cod. 9. et plut. 59. cod. 9.) Photio Marciano, aliisque codicibus satis multis, qui cur antiquiores putentur seculo undecimo, nihil caussae esse videri. Scholia lectu hic illic difficilia esse, margine passim detrita aut madore corrupta: interlocutores ubi mutantur, lineolam versui praefigi, ut in codicibus Platonicis. Transisse eum e monsterio Classensi in bibliothecam collegii Ravennatis.

Idem Bekkerus bis tractavit codicem Venetum, qui inter Marcianos est 474. membranaceus, forma quadrata, foliis 172. Ravennate fortasse non recentior, fabulas habens septem, Plutum, Nubes, Ranas, Equites, Aves, Pacem Vespas. Hic codex ita in plerisque rebus omnibus cum Ravennate consentit, ut non videatur dubitari posse quin ex eodem ambo fonte fluxerint.

Accedunt his denique tres Mutinenses, quo nomine Parisiis vocati sunt omnes qui ex Italia superiore allati essent libri. Complectitur primus eorum Plutum, Nubes, Ranas: reliqui duo Plutum et Nubes. Forma sunt quadrata vel minore, re-

centes, chartacei. Bekkero notantur litteris M, m, n. Ego Mutinenses a. b. c. appellavi.

Collati fuerunt hi quinque codices a Bekkero cum editione Brunckiana, vellemusque scripturae diversitatem sic, ut eam ab se excerptam cum Seidlero communicavit, etiam typis describi iussisset. Sed placuit vel ipsi, vel ei qui editionem illam Londini curavit, Aristophanem ad libri maxime Ravennatis fidem edere, subiecta codicum discrepantia, ubi in textu alia lectio exhiberetur. Ita factum est, ut, ubi nihil diversitatis adnotatum est, credere oporteat, Ravennatem librum et Venetum caeterosque cum textu consentire; in adnotationibus autem ea diserte ut in codicibus illis scripta memorentur, quae putaret editor, quoniam nihil dissensionis notatum esset, in iis scripta legi. Id quum per se pateat, quum parum sit ad fidem faciendam idoneum, accessit etiam incuria eorum, qui imprimendis corrigendisque foliis praefuerunt: quos aliquot exemplis cognitum est vel neglexisse aliquid, vel permutasse nomina codicum. Sed mihi quidem quum in Nubibus per Seidleri amicitiam licuerit errores istos ex iis, quae ille ex ipsius Bekkeri schedis descripserat, corrigere, Ravennatis et Veneti scripturas eas, quae vere in illis libris exstant, adnotandas putavi, omissis vel apertis erroribus, vel discrepantiis quae nullius momenti esse viderentur, vel iis, quae saepius repetita semel adnotari satis esset: cuiusmodi est, quod in illis libris, constat autem certo de Ravennate, fere *ποῶ* scriptum est, ubi corripitur syllaba; quamquam aliquando etiam, ubi longa est. Id ego non imiter, qui *ποιεῖν* aeque credam corripi ac produci solitum esse, ut in aliis factum est diphthongis: nam eam scribendi rationem grammaticis illis deberi puto, a quibus profecta est quam codices illi sequuntur recensio. Etenim etsi hi duo codices merito ut optimi et emendatissimi laudantur, tamen qui ubique eorum scripturam praeferret, hic illic non quod Aristophanes, sed quod emendator grammaticus posuisset, reciperet. Ac legitur in Veneto fol. 43. v. *κεκόλλισται ἐκ τῶν Ἡλιοδώρου. παραγέγραπται ἐκ τῶν Φαείνου καὶ Συμμάχου καὶ ἄλλων τινῶν.* Omnino, quamquam facile internosci possunt duae classes codicum, una

deterior, altera multo magis genuinam scripturam exhibens, in qua praeter Ravennatem et Venetum, et marginem ed. Caninii, ex iis qui a Porsono Dobraeoque sunt inspecti, maxime Dorvillianus, Harleianus Porsoni, Baroccianus 127. Dobraei primus et tertius numerandi sunt: tamen saepe etiam aliquis ex iis, qui minus boni sunt, meliorem quam optimi illi scripturam praebet. Quare ut non sit temere quidvis quod arrideat praeferendum, at ne sequendi quidem superstitiose sunt illi praestantiores.

Dicendum nunc est de scholiis, quorum emendatio longe molestissima pars fuit laboris nostri. Ernestius enim in his quoque repetierat recensionem Kusteri, qui non modo multa temere et non monito lectore mutaverat, sed ingentem istum corruptionis squallorem etiam auxerat negligentia in describendo. Atque etsi plurima ab Ernestio in praefatione illa, quam Nubibus adiecerat, bene erant emendata, tamen huius studio tam exigua pars laboris exhausta fuit, ut ei, qui deinde eamdem rem adgrederetur, prope nihil imminuta esset molestia. Me quidem adiuvit in hoc negotio amicitia viri summi, Frider. Aug. Wolfii, qui non solum editionis Aldinae usum mihi concessit, sed etiam quae ipse in his scholiis emendasset, se perscripturum spopondit. In qua re ut litterarum operaeque compendium faceremus, convenerat, ut, quae ego correxissem, illi mitterem, quibus dein adderet ea, quae a me aut praetermissa animadverteret, aut alia ratione sananda censeret. Idque quum initio suscepti operis factum esset, mox, non mea, sed typothetarum culpa, rem acerrime urgentium, intermissum fuit. Igitur ego, etsi tanto destitutus auxilio, hoc tamen efficere studui, ut, quantum in me esset, scholia exhiberem emendatissima. In qua re primum ingens perferenda fuit molestia comparandae diligenter editionis Aldinae. Quae editio, anno edita cıɔccccxcviii., et aetate et dignitate princeps est, verusque et unicus fons scholiorum. Quamquam autem huius editionis auxilio plurimi loci, qui in vulgatis libris depravati erant, emendari potuerunt, longe tamen taediosissimum laborem creavit Suidae pervolvendi necessitas. Quem quidem quum constet optimum esse et praestantissimum in emendando Aristopha-

nis scholiasta adiutorem, hoc minus parcendum operae in eo conferendo putavi, quod superiores editores, molestia rei deterritos, admodum negligenter in hac re versatos videbam. Nec tamen tantum inde accedit subsidii, ut non plurima, immo pleraque, coniecturis sint et prope divinatione sananda. Quae res quum per se satis habeat difficultatis, tum eo est impeditior, quod scholia ista diversorum interpretum pessime inter se coniuncta, disiuncta, perturbata, locoque suo mota sunt. In quibus ordinandis, distinguendis, corrigendis quantas moles molestiarum taediique sustinuerim, nemo poterit aestimare, nisi qui ipse huius laboris onus aliquando subierit. Ne autem, qua olim M. Musurus in concinnandis his scholiis temeritate usus est, eadem ego in iis refingendis versatus viderer, adnotationes adieci, quibus, quid quoque in loco a me mutatum esset, breviter indicarem. Caussas quidem rationesque emendationum mearum in plerisque locis praetermittendas ratus sum, partim quod verbis parcendum in tam vili scriptore putabam, partim quod ista lectores sponte existimabam intellecturos esse. Denique etiam iis, quae iam antiquitus edita sunt, scholiis addenda censui ea, quae vel ex libro Ravennate Lipsiensis editio exhibet, vel Brunckius e suis codicibus protulit, glossas maximam partem aut brevissimas adnotationes, vel nuper ex Ruhnkenii Dobraeique excerptis accessere: item quae a P. Victorio exscripta edidit Thierschius in Actis Monac. I. fasc. III. Atque etsi verebar ne haec additamenta non essent omnibus placitura, sequendum tamen putavi id, quod videretur tutissimum. Nam si scholia a Musuro collecta ederem, cur excluderem ea, quae deinceps accesserunt? aut si quaedam horum reciperem, cur omitterem reliqua, quandoquidem etiam in vetere scholiorum collectione multa inutilia, inepta, falsa reperiuntur? Quare quum, quidquid scholiorum praeter Biseti adnotationes exstaret, huic Nubium editioni addendum videretur, brevitatis et perspicuitatis caussa signis quibusdam usus sum, quibus scholia ista inter ipsa distinguerem. Atque hoc quidem signo ℊ scholia, quae a Musuro et in superioribus editionibus in unam continuationem coniuncta erant, separavimus. Deinde quae post Musuri collectionem in editionibus Aldina recentio-

ribus accessere, his signis † †, quibus iam a Kustero notata erant, inclusimus. Denique hunc asteriscum praefiximus iis scholiis, quae e libro Ravennate et Brunckii codicibus addita sunt. Caeterum in notis sive ad ipsas Nubes, sive ad scholia, si quis locus ex alia Aristophanis comoedia afferendus esset, numero versuum editionis Brunckianae usus sum; sin autem scholia ad eas commemorarem, numerum editionis Kusteri posui, quo videbar lectorum non minus, quam meo commodo inservire.

Denique vero etiam de tempore, quo actae sunt Nubes, fabulaeque consilio et omni conformatione dicendum est.

Ac docuisse Nubes Aristophanem Olymp. LXXXIX. a. 1. archonte Isarcho, Dionysiis, certa auctoritate constat. Consentiunt enim in hac re argumentum fabulae VI. et adnotationes scholiastarum ad v. 545. idemque in didascaliis consignatum fuisse e scholiis ad v. 549. colligitur. Displicuit fabula, et iudicum sententiis posthabita est Pytinae Cratini, et Conno Amipsiae, quae simul in certamen commissae fabulae erant. Id et scholiastes in argumento VI. tradidit, et in parabasi Nubium ipse ostendit Aristophanes. Quae parabasis quum Aristophanem postea in emendandis expoliendisque Nubibus elaborasse demonstret, de eo dubitatur, iterumne docuerit Nubes, eaque, quam nos habemus, secunda sit editio, an neque in scenam iterum productae sint, et, quae ad nos pervenit recensio, inchoata tantum fuerit, non absoluta. Ac scholiastes quidem is, qui sextum argumentum scripsit, ex quo id illatum in enumerationem Olympiadum, iterum actas tradit Nubes anno sequente, quo archon erat Aminias, successu etiam peiore. In eademque opinione est scholiastes ad v. 31. et 542. et, ut videtur, etiam ad Vespas v. 1039. quandoquidem ibi superiore anno primas Nubes actas fuisse scribit. Sed hos iam Palmerius in Exercitationibus p. 729. idoneis argumentis refutavit. Primum enim didascaliae semel tantummodo actas Nubes commemorabant, auctore scholiasta ad v. 549. deinde autem isto anno, quo Aminias archon erat, Aristophanes non solum Vespas, in quibus v. 1037. seqq. conqueritur, quod superiore anno Nubes adverso eventu docuerit, sed simul

etiam Proagonem in sceuam produxit, quod intellexit G. Dindorfius in diss. I. de fragm. Aristoph. p. 68. de cuius sententia exposui in Diar. litt. Lips. a. 1829. m. Aug. fol. 204. Quin scholiastes is, a quo altera pars VI. argumenti profecta est, quae verbis τοῦτο δὲ ταυτό ἐστι τῷ προτέρῳ incipit, meritoque debebat a superioribus separari, diserte narrat, fabulam non esse iterum actam, sed hic illic a poeta correctam, ut qui eam iterum docere cogitaverit.

Quamquam autem semel tantum in scenam prodierunt Nubes, iterum tamen eas docere voluisse Aristophanem, e parabasi, quam postea addidit, perspicitur. In qua quidem quum fabulam recognitam esse atque emendatam profiteatur, dubium est, idne fecerit, an facere tantum voluerit. Atque in posteriore parte sexti argumenti penitus mutata dicuntur primum parabasis, deinde colloquium iusti et iniusti oratoris, denique finis fabulae, in quo domus Socratis incenditur; praeterea alia multa hic illic, sive delendo sive mutando correcta traduntur. Eademque ferme cognoscuntur e scholiis ad v. 514. 537. 539. 545. 549. 576. 587. Sed videndum est de singulis. Ac primum parabasis illa, quae metro Eupolideo scripta est, v. 514—553. certe non prius facta est, quam tertio anno post Nubes editas, i. e. Olymp. LXXXIX. a. 4. Huic enim anno didascaliae adscribunt Eupolidis Maricam, cuius in illa parabasi mentionem facit Aristophanes. Nec sane prius scribi docerive potuit Maricas, quippe in quo Eupolis de Cleone, ut de mortuo, loquatur, teste scholiasta ad v. 545. Cleo enim mortuus est Alcaeo archonte, Olymp. LXXXIX. anno 3. qui secundus annus est post actas Nubes: vide schol. ad v. 545. et notam ad ea; tum etiam Athenaeum p. 218. ibique Casaubonum V. 18. Deinde vero ex hoc versu,

ἄλλοι τ' ἤδη πάντες ἐρείδουσιν εἰς Ὑπέρβολον,

intelligitur, hanc parabasin vivo adhuc Hyperbolo scriptam esse. Is enim quum in exilium missus esset, mox in Samo insula periit: vide Thucyd. VIII. 73. schol. ad Ran. 577. ad Vesp. 1001. ad Pacem 680. schol. Luciani T. I. p. 142. Perizon. ad Aelian. V. H. XII. 43. Id autem contigit Olympiade XCII. cuius anno primo vivi adhuc Hyperboli mentio-

nem fecit Aristophanes in Thesmophoriazusis v. 840. seqq. mox autem Olymp. XCIII. anno primo in Ranis mortuum tetigit v. 570. qui in Kusteri ed. 578. est, ubi vide scholia.

Quod autem deinde sequitur ἐπίῤῥημα, v. 571—590. e prima editione Nubium haud dubie mansit, ut recte ostendit scholiastes ad v. 545. 576. et 587. De Cleone enim ibi loquitur, ut de homine vivente. Nam quod alius scholiastes ad v. 587. dicit, quae ibi de Cleone legantur, paullo post primas Nubes accessisse, sed diu ante ea, quae in superiore parabasi de comoediis in Hyperbolum scriptis referantur, id quidem non poterit idoneis rationibus confirmari. Tamen, si forte scholiastes auctoritatem sequutus est antiquioris scriptoris, qui istum locum in priore editione abfuisse testatus erat, aut hic tantum locus, aut totum ἐπίῤῥημα ante Olymp. LXXXIX. 3. scriptum sit necesse est, quo anno obiit Cleo.

Ἀντεπίῤῥημα, quod v. 603—622. continetur, nihil habet, unde colligere, quando scriptum sit, liceat, nisi forte illa v. 619. ἀνθ' ὧν λαχὼν Ὑπέρβολος τῆτες ἱερομνημονεῖν. Scholiastes enim ad eum locum, οὐδείς δ', inquit, ἱστόρησε κατ' ἐκεῖνον τὸν ἐνιαυτὸν ἱερομνήμονα εἶναι τὸν Ὑπέρβολον· οὐδέπω γὰρ διέπρεπε Κλέωνος ἔτι ζῶντος. Annum intelligit illum, quo actae sunt Nubes, ut probabile sit, istum certe locum de Hyperbolo serius additum esse.

In reliquis fabulae partibus quid mutaverit Aristophanes, vix poterit erui, nisi ubi aliorum testimonia scriptorum accedunt. Et quod scholiastae referunt, quum alia passim, tum iusti atque iniusti oratoris colloquium atque ultimam fabulae scenam mutatam esse, fragmentis confirmatur priorum Nubium duobus vel tribus. Vnum servavit Photius his verbis: Πάρνης, τὸ ὄρος, θηλυκῶς·

ἐς τὴν Πάρνηθ' ὀργισθεῖσαι φροῦδαι κατὰ τὸν Λυκαβηττόν.

Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· καὶ ἑξῆς. Pro ἐς τὴν in codice est compendium quo ἐστὶν significatur. Emendarunt Porsonus ad Ran. 1088. et Naekius in Choerilo p. 54. κατὰ cum καὶ commutandum censuit Dindorfius in fragmentis Aristophanis p. 18. At de situ Lycabetti, quod ego quidem

sciam, non ita constat, ut non videantur Nubes dici potuisse per Lycabettum recesisse in Parnethem, qui mons satis procul ab urbe abest, eminens super colles et iuga inter ipsum et urbem protensa. Apertum est autem de Nubibus haec dicta esse eo fere loco, quo nunc v. 322. in anapaestis Parnethis fit mentio, et ita quidem, ut, quod ex illo *καὶ ἑξῆς* intelligitur, iterum et fortasse saepius *Πάρνης* genere feminino memoraretur.

Non certo testimonio, sed tamen coniectura fortasse non inepta ad priores Nubes referri poterit hic versus,

αὐτὸς δείξας, ἐν θ' ἁρμονίαις χιάζων ἢ σιφνιάζων,

quem parum considerate Valckenarius in diatr. de fragm. Eurip. p. 224. nostris Nubibus post v. 970. inserendum putabat: cuius iudicium sequuti sunt Brunckius et Porsonus. Dixi de eo in adnotationibus.

Sed aliud fidem habet disertam. Photius: *πηνίον, ζῷον ὅμοιον κώνωπι. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις·*

κείσεσθον ὥςπερ πηνίω κινουμένω·

ἀντὶ τοῦ ξηροί. σκώπτει γὰρ τοὺς περὶ Χαιρεφῶντα εἰς ξηρότητα καὶ ἀσθένειαν. ὅτι δὲ κώνωπος εἶδός ἐστι, Σπεύσιππος ἐν τῷ β' τῶν ὁμοιοτήτων φησὶν οὕτως· πηνίον, ἐμπίς, κώνωψ. Eadem iisdem verbis apud Suidam scripta exstant, sed apud hunc *βινουμένω* legitur, rectius, ut videtur, si id verbum ad *πηνίω* est referendum. Veri simile est autem, si hic versus recte est ex Nubibus allatus, pertinuisse eum ad postremam fabulae scenam, in qua poenas dant Socrates et Chaerephon. Viderat hoc, sed abusus est eo versu, ut Euripidis personae locum in Nubibus faceret, Car. Reisigius, cuius viri inexspectato obitu magna litteris spes occidit. Erat enim in eo eximia indoles, viriumque modus maior, quam quem aequo temperamento regeret; omninoque totus homo simillimus ei, quem unice imitabatur, Fr. Aug. Wolfio, atque adeo ipsa natura alter Wolfius. Idem ingenium, iidem mores, iidem in studiis impetus, eadem opinionum confidentia et pervicacia, idem in salibus lepos, eadem in lacessendo acrimonia, eadem omnes praestinguendi aemulumque aut parem non ferendi contentio, eadem captatio laudis atque admirationis, modo per novitatem

et insolentiam placitorum, modo per ostensa ex longinquo arcana, modo per reprehensionem, contemptum, irrisionem aliorum; eademque affectatio errandi immunitatis, defendendique erroris etiam aperti obstinatio atque adversus reprehendentem intolerantia, nataque inde in amicitiis, prouti assentires vel contradiceres, fluctuatio; denique idem fatum, peregrino in solo celebratoque antiquitati in pulvere sepultis; quin, ut nihil deesset, eadem etiam post obitum sors, quando quos vivos aggredi celeris vindictae metu non est ausus, eorum in manes fortis exstitit G. H. Schaeferus, immemor monentis, vir ζηταρετησιάδης, vel maledicentissimi poetae,

οὐ γὰρ ἐσθλά, κατθανοῦσι κερτομεῖν ἐπ' ἀνδράσιν.

Sed Schaeferi odiis, donec eorum qui nobiscum vixerunt quisquam superstes erit, non deerunt iusti iudices. Qui post vivent, provisum est, ut quae sunt caussae tantae invidiae, non quae praetexuntur, eas penitus sint atque ordine cognituri. Neque enim irati sumus irato, aut laedere volumus laedendi nullas et ne indignissimas quidem artes adspernantem, sed ignoscimus potius et quantum fieri poterit excusabimus infelicem errorem mentis, quo vir, nisi impotens animi esset, optimus amicos pro hostibus habens, nec quae facta pro quibus factis reddat videns, ipse sibi famaeque suae factus est hostis. Igitur Reisigius, quum quo erat animi fervore, quod semel arripuisset, ab eo plerumque nec posset avelli, saepe vero etiam nollet, postquam Euripidis personam ab Euripide in Nubibus introductam esse sibi persuaserat, eam opinionem ut adversus Süvernium defenderet, in Musei Rhenani vol. II. fasc. II. cupidius assensus Essero, de cuius sententia infra dicemus, versum 1508.

οἴμοι τάλας', δείλαιος ἀποπνιγήσομαι,

ab Euripide pronunciatum esse voluit; deinde autem, postquam Chaerephon clamasset,

ἐγὼ δὲ κακοδαίμων γε κατακαυθήσομαι,

Strepsiadem haec dicere:

κείσεσθον ὥςπερ πηνίω βινουμένω.
τί γὰρ μαθόντες τοὺς θεοὺς ὑβρίζετε,
καὶ τῆς Σελήνης ἐσκοπεῖσθε τὰς ἕδρας;

At etiam si quis concederet vera esse, quae de Euripide sta-

tuit, tamen versus iste vel ipse per se proderet sedis alienae invasionem. Non enim sine particulae alicuius accessione, ac potius sine plurium etiam verborum adiectione dicere ista poterat Strepsiades. Accedit, quod ille v. 1469. diserte, quos puniri vellet, Socratem et Chaerephontem esse pronunciarat. Sed erexerant Reisigium, ut Euripidem introductum crederet, illi potissimum duo versus, qui ab Diogene Laertio II. 18. ut in Nubibus positi memorantur:

Εὐριπίδης δ' ὁ τὰς τραγῳδίας ποιῶν
τὰς περιλαλούσας οὗτός ἐστι τὰς σοφάς.

De quibus, quoniam res ipsa exigit, non piget repetere, quae in censura Aristophanis fragmentorum a G. Dindorfio editorum dixi, inserta Diariis litt. Lips. a. 1829. fol. 204. Eos enim quum Reisigius in editione sua post v. 193. qui valde incommodus locus est, posuisset, postea in Museo Rhenano addi eos, alio adiecto versu, voluit post v. 218. Et profecto non male ibi legerentur, modo et Euripidem in Nubibus conspectum esse aliunde constaret, et versus istos Aristophanis et quidem ex Nubibus esse satis haberemus compertum: de qua re quum dubitationem movit Dindorfius in fragmentis p. 21. Diogeni quidem, ut nobis videtur, fecit iniuriam, quum eum sine iudicio attulisse hos versus isto loco dixit. Nam quum ostendere velit Diogenes, adiutum ab Socrate esse in scribendis tragoediis Euripidem, nimis profecto ineptus fuisset, si testimonium apposuisset, in quo nihil prorsus ea de re esset proditum. Hinc Valckenarius in diatr. de fragm. Eurip. p. 14. et Iacobsius in additamentis ad Sulzerum vol. V. p. 349. *Εὐριπίδου* scribendum coniecerunt. Praestaret *Εὐριπίδῃ*, si inserendi Nubibus essent hi versus: quod quo minus fiat, in ipsis quidem nihil impedimenti est. Nam quod videbatur Dindorfio, nec Phidippidi eos convenire, quod discipulus non potuisset ita magistrum designare, nec Strepsiadi, qui abominaretur poesin Euripidis, id quidem removeri potest facillime. Phidippides enim versu demum 864. permovetur ut discat apud Socratem: Strepsiades autem quidni, ut filio persuaderet, eo uti potuit argumento, quod apud illum aliquid crederet momenti esse habiturum? Quod si prior Nubium editio illis in partibus similis alteri

quam hodie habemus, fuit, aptum illi versus locum tenuissent post v. 105, vel post v. 830. Sed sagaciter animadvertit Dindorfius p. 23. his quoque in versibus perturbatum esse locum Diogenis, quodque paullo ante apud eum scriptum est, καὶ πάλιν, Εὐριπίδης σωκρατογόμφους, particulam esse huius fragmenti: quod ille tamen quum sic potius scribi voluit,

Εὐριπίδης δ' ὁ τὰς τραγῳδίας ποιῶν
τὰς σωκρατογόμφους οὗτός ἐστι τὰς σοφάς,

quam ad eos, scriptos ut apud Diogenem leguntur, adiici tertii versus initium,

τὰς σωκρατογόμφους,

quumque culpam perturbationis omnem in Diogenem coniecit, non habet me assentientem, qui non credam adeo temerarium fuisse Diogenem, ut versus istos in duas partes sensu apto carentes discerperet, quodque ipse fecisset vulnus, insertis verbis τὰς περιλαλούσας resarciret: sed librariorum illud peccatum est, qui describentes quod vel Diogenes in marginibus correxerat, vel alii versibus illis non suo loco ponendis turbaverant, non intellexerunt quid esset, quod in margine positum inveniebant: καὶ πάλιν, Εὐριπίδης — σωκρατογόμφους. Quibus verbis significabatur, post Teleclidis quod allatum erat fragmentum, inseri debere: καὶ πάλιν,

Εὐριπίδης δ' ὁ τὰς τραγῳδίας ποιῶν
τὰς περιλαλούσας οὗτός ἐστι, τὰς σοφάς,
τὰς σωκρατογόμφους.

Qui versus quoniam per errorem infra perscripti erant, brevitatis caussa prima eorum atque ultima vox fuit posita. Hinc veri simile est, Teleclidis esse hos versus, Aristophanis Nubium nomen autem vel per errorem infra scriptum fuisse, vel intercidisse quod ex Nubibus allatum fuerat testimonium. Quod si quid ex Nubibus attulerat Diogenes, ex prioribus id sumptum fuisse oportet. Hoc modo corruit illud de Euripidis in nostris Nubibus persona commentum, quod Reisigius in praefatione Nubium p. 12. seqq. exornavit. Scilicet putabat ille, quae de rerum caelestium natura philosophantem Aristophanes faceret Socratem, quod is abhorruerit ab illis studiis, ad Euripidem spectare. At neque ita latenter at-

que occulte notavisset Euripidem Aristophanes, nec qualis vere fuisset Socrates, sed qualis visus esset illo tempore plerisque, considerari debebat. Sed de Socrate dicetur infra.

Aliud correctionis non factae quidem, sed destinatae tamen indicium invenisse mihi videor post v. 887. quo loco deest carmen chori. Nam uti non mirum est, non esse scriptum in editione non perfecta, ita non est credibile, nullum fuisse in ea, quae in scenam est producta.

Alia, quae ex priore editione afferuntur, infra commemorabimus.

Vtraque Nubium editio diu post Aristophanis aevum videtur in hominum manibus esse versata. Illis vero temporibus, quibus scholiastae vixerunt, priores Nubes iam perditas fuisse oportet. Quod si quis eas adhuc superstites fuisse putet, propterea quod Suidas, qui pleraque e scholiastis hausit, versum inde servaverit, certe fatendum est, non cognitas fuisse iis, quorum nunc scholia exstant. Hi enim, si quid e priore editione mansisse indicant, non testimonio, sed coniectura utuntur, ut ad v. 545. 576. 587. ubi rationem subducunt secundum vitam Cleonis. Quin unus eorum clare ostendit, se numquam vidisse priores Nubes, quum ad v. 542. sic scribat: *καίτοι καὶ αὕτη δεύτερον εἰςήχθη, ἀλλ' ἴσως διαφόρως*. Tres tantum loci in scholiis occurrunt, qui magnam huic rei addunt obscuritatem. Primum enim is, qui posteriorem partem sexti argumenti scripsit, velut oculatus testis loquitur: *διεσκεύασται δὲ ἐπὶ μέρους, ὡς ἂν δὴ ἀναδιδάξαι μὲν αὐτὸ τοῦ ποιητοῦ προθυμηθέντος, οὐκέτι δὲ τοῦτο δι' ἣν ποτε αἰτίαν ποιήσαντος. καθόλου μὲν οὖν σχεδὸν παρὰ πᾶν μέρος γεγενημένη διόρθωσις. τὰ μὲν γὰρ περιῄρηται, τὰ δὲ πέπλεκται καὶ ἐν τῇ τάξει, καὶ ἐν τῇ τῶν προςώπων διαλλαγῇ μετεσχημάτισται. ἃ δὲ ὁλοσχερῆ τῆς διασκευῆς, τοιαῦτα ὄντα τετύχηκεν· αὐτίκα ἡ παράβασις τοῦ χοροῦ ἤμειπται, καὶ ὅπου ὁ δίκαιος λόγος πρὸς τὸν ἄδικον λαλεῖ, καὶ τελευταῖον ὅπου καίεται ἡ διατριβὴ Σωκράτους.* Haec confirmat scholiastes ad v. 537. *ἰστέον δὲ ὅτι πάντα, ὅσα ἂν λέγῃ, εἰς ἑαυτὸν τείνει. τοὺς μὲν γὰρ φάλητας εἰςήγαγεν ἐν τῇ Λυσιστράτῃ, τὸν δὲ κόρδακα ἐν τοῖς Σφηξί,*

τοὺς δὲ φαλακροὺς ἐν Εἰρήνῃ, τὸν δὲ πρεσβύτην ἐν Ὄρνισι, τὰς δὲ δᾷδας καὶ τὸ ἰοὺ ἰοὺ ἐν Νεφέλαις τὸ πρῶτον. In tertio autem loco haec traduntur, ad v. 539. *οὐκ ἔστι δῆλος, τίνι παρονειδίζει· ἀλλ' ἴσως ἑαυτῷ, ἐπεὶ πεποίηκεν ἐν τῷ τέλει τοῦ δράματος καιομένην τὴν διατριβὴν Σωκράτους, καί τινας τῶν φιλοσόφων λέγοντας ἰοὺ ἰού. ἐν δὲ ταῖς πρώταις Νεφέλαις τοῦτο οὐ πεποίηκε. ποιήσει δὲ αὐτὸ μετὰ λόγου· οὗτοι δὲ ἀκαίρως.* Ex his ea, quae ad v. 537. leguntur, sic intellexerunt interpretes, quasi *ἐν Νεφέλαις τὸ πρῶτον* significaret *in primis Nubibus.* Quare quum contraria dicat scholiastes ad v. 539. Petitus in Misc. I. 6. in eo scribendum putat, *ἐν δὲ ταῖς πρώταις Νεφέλαις τοῦτο ἰοὺ πεποίηκεν*, quod certe *τοῦτο τὸ ἰοὺ* dici debebat. Verum, si sic scripsisset scholiastes, quomodo tandem illa potuisset addere: *ποιήσει δὲ αὐτὸ μετὰ λόγου?* quo illud *ἰοὺ ἰοὺ* non in primis, sed in secundis Nubibus adhibitum arguit. Deinde autem longe maiorem difficultatem obiicerent ea, quae in sexto argumento dicit scholiastes. Nam si, quod hic narrat, extrema fabulae scena tota in secundis Nubibus mutata fuit, faces autem et *ἰοὺ ἰοὺ* ad primam editionem pertinuere, qui, quaeso, factum est, ut in hodiernis Nubibus et *ἰοὺ ἰού*, et faces servarentur? Ex quo consequeretur, nostras Nubes, quas secundas esse supra e Diogene Laertio, Suida, Athenaeo demonstravimus, coniunctas esse misereque concinnatas ex utraque editione: id quod minime credibile est. Quin ipsa verba eius, qui de hac re in sexto argumento scribit, satis clare produnt, faces non esse primarum, sed secundarum Nubium: sic enim loquitur: *αὐτίκα ἡ παράβασις τοῦ χοροῦ ἤμειπται, καὶ ὅπου ὁ δίκαιος λόγος πρὸς τὸν ἄδικον λαλεῖ, καὶ τελευταῖον ὅπου καίεται ἡ διατριβὴ Σωκράτους.* Quae quum ita sint, ego quidem nihil mutandum censeo in scholiis ad v. 539. Nam si modo illa ad v. 537. *ἐν Νεφέλαις τὸ πρῶτον* non de primis Nubibus intelliguntur, sed ita, ut faces primum in Nubibus, secundis nimirum, adhibitae dicantur, facile scholia ista omnia consentient in eo, quod ultima scena sic, ut nunc legitur, secundarum sit, non primarum Nubium. Verum ex hac interpretatione alia videbitur exsistere dubitatio, quae ad ipsa illa poetae verba pertinet, quo-

rum explicandorum caussa ista in scholiis traduntur. Sic enim dicit Aristophanes in parabasi v. 533. seqq.

ὡς δε σώφρων ἐστὶ φύσει, σκέψασθ'· ἥτις πρῶτα μὲν
οὐδὲν ἦλθε ῥαψαμένη σκύτινον καθειμένον,
ἐρυθρὸν ἐξ ἄκρου, παχύ, τοῖς παιδίοις ἵν' ᾖ γέλως·
οὐδ' ἔσκωψε τοὺς φαλακρούς, οὐδὲ κόρδαχ' εἵλκυσεν·
οὐδὲ πρεσβύτης ὁ λέγων τἄπη τῇ βακτηρίᾳ
τύπτει τὸν παρόντ', ἀφανίζων πονηρὰ σκώμματα·
οὐδ' εἰςῇξε δᾶδας ἔχουσ', οὐδ' ἰοὺ ἰοὺ βοᾷ·
ἀλλ' αὑτῇ καὶ τοῖς ἔπεσιν πιστεύουσ' ἐλήλυθεν.

Quibus verbis indicare visus est, in secunda editione Nubium et *ἰοὺ ἰοὺ* et faces omissas esse: quod quidem re ipsa falsum esse arguitur. Ac repugnant etiam ea, quae modo e scholiis eruimus, scenam istam, in qua *ἰοὺ ἰοὺ* et faces occurrunt, non primarum Nubium, sed secundarum esse. At vero vehementer erravit scholiastes ad v. 537. quum quae his versibus vituperantur ad ipsum spectare putavit Aristophanem. Immo reprehendit poeta alios poetas, qui scurrilibus iocis ineptisque inventis placere populo studuerint. Id satis arguunt, nisi res ipsa monstraret, illa, *οὐδ' ἔσκωψε τοὺς φαλακρούς*.

Summam igitur si colligimus ex his, quae de hac re omni disputavimus, hoc efficitur, quae mutavit in secunda editione Aristophanes, scripta esse partim ante Olymp. LXXXIX. 3. partim post Olymp. LXXXIX. 4. Ex quo coniicimus, circa hoc tempus eum Nubes suas voluisse iterum in scenam producere. At vero exortus est, qui aliter de his statueret, Guil. Esserus in dissertatione, quam Bonnae a. MDCCCXXIII. de prima et altera quae fertur Nubium Aristophanis editione evulgavit. Is quidem quemadmodum alia in eo libello sic disputavit, ut ex iis quae ipse sumpserat rationem concluderet, ita nobis haec quoque, quae de altera editione Nubium disseruit, neque accurate videtur nec recte iudicasse. Demonstrandum sibi sumpsit, ut p. 8. ait, secundam Nubium editionem, sive perfectam sive imperfectam, nusquam nisi in cerebro scholiastarum exstitisse; hanc autem, quam nos habemus, pristinam esse et genuinam, non retractatam a poeta aut alia quacumque ratione constructam. Hanc sententiam Reisigius,

quod commoda videretur defendendis, quae semel dicta mittere nollet, suam fecit in Musei Rhenani anni II. fasc. 2. Ratiocinatio, qua utitur Esserus, haec est: iterum actas Nubes tradit scholiastes archonte Aminia, qui Isarchum, quo primum actas constat, excepit: atqui Aminia archonte produci in scenam non potuere: ergo non sunt iterum actae. Patet vero, haec perperam, et dupliciter quidem, esse conclusa. Nam si conceditur, non potuisse fabulam archonte Aminia repeti, non sequitur eam non esse omnino repetitam. Sed ne illa quidem satis certa sunt, quibus eam ab isto studet anno removere. Nam hoc ut efficeret, sic est argumentatus. Lenaeis eo anno actae sunt Vespae: non ergo illo quidem festo Nubes. Concedamus hoc, etsi nulla vis est huius argumenti, si licuit poetis duas pluresve fabulas iisdem in ludis in certamen mittere: quod adeo ipsis illis Lenaeis factum est, in quibus Aristophanes simul Vespas et Proagonem docuit: de qua re diximus in censura fragmentorum editionis Dindorfianae. Sed fatemur, eo minus veri simile esse, his fabulis etiam tertiam fuisse adiunctam. Quo igitur, inquit, alio festo actae sunt Nubes? Non Dionysiis ruralibus: nam quae una caussa fuit fabulae iterum producendae, plausus in prima commissione, ea defuit, quia Nubes non placuerant. Id ille dicit p. 14. At hoc quoque infirmum argumentum est. Potuerunt enim ob id ipsum, quia displicuerant, iterum in scenam afferri, mutatae quidem et correctae, ita ut iam placiturae viderentur. Et correctas perhibent veteres scholiastae. Poterat vero Esserus, ac debebat adeo alio, eoque paullo meliore argumento uti, si ad illa in parabasi verba, quorum nusquam mentionem fecit, attendisset, ἠξίωσα ἀναγεῦσαι ὑμᾶς. Nam si ἀναγεῦσαι est *iterum gustandum praebere*, eosdem spectatores appellet poeta necesse est, coram quibus superiore anno acta erat fabula. Atqui ea Dionysiis urbanis acta est: non ergo repetita videtur ruralibus. Porro non esse Anthesteriis actas ait, quia eo festo nullae agerentur comoediae. Nec denique Dionysiis urbanis, quod iis non nisi novae fabulae in scenam prodierint. Ita existimat ille quidem, a Boeckhio inductus, sed neque ipse demonstravit, nec Boeckhius. De Boeckhio monuit Seidlerus in Diar. litt.

Halens. a. 1825. fol. 26. p. 214. qnae dissertatio Latine versa novissimae nostrae editioni Sophoclis Antigonae est inserta, addens ille, si Aeliano V. H. II. 13. aliquid tribuendum sit, in Piraeo saltem non secus atque in urbe novas actas videri. Sed dicamus hac de re paullo explicatius.

Vsitatum illud in decretis, quum, qui de populo bene meriti essent, coronari iubebantur *Διονυσίοις τοῖς ἐν ἄστει, τραγῳδοῖς καινοῖς*, (v. Demosth. p. 243. seq. 253. extr. 265, 15. 27. 267, 1. Aeschin. p. 58, 31.) quo illi solo argumento utuntur, tantum abest ut id quod volunt comprobet, ut arguere videatur etiam veteres tragoedias eo festo esse actas. Disseruit de illa formula docte Hemsterhusius ad Lucian. Timon. c. 51. p. 166. seq. nihil tamen ille de veteribus fabulis monens. At formula ipsa indicium facit. Patet enim hanc eius potestatem fuisse, ut quis eo loco, eoque tempore coronari iuberetur, quo maxima confluxisset hominum multitudo. Itaque non solum festum ad eam rem delectum est hominum frequentia celeberrimum, sed etiam festi dies is, quo praeter eos, qui ad Bacchi sacra venirent, multos novas spectandi tragoedias cupiditas advocaret. Id autem factum uno tantum die esse, ex his videtur colligi posse Plutarchi verbis in libro de exsilio p. 603. B. C. *ἡ δ' Ἀκαδημία οἰκητήριον ἦν Πλάτωνος καὶ Ξενοκράτους καὶ Πολέμωνος, αὐτόθι σχολαζόντων καὶ καταβάντων τὸν ἅπαντα χρόνον, πλὴν μίαν ἡμέραν, ἐν ᾗ Ξενοκράτης καθ' ἕκαστον ἔτος εἰς ἄστυ κατῄει Διονυσίων καινοῖς τραγῳδοῖς, ἐπικοσμῶν, ὥς ἔφασαν, τὴν ἑορτήν.* Quamquam non tantum tribuam huic argumento, ut depugnem, si quis contendat, pluribus diebus actas esse novas tragoedias, sed unius modo vacationem sibi a philosophiae studiis indulsisse Xenocratem. Sed unus si fuit dies novis tragoediis destinatus, non colligam eum primum festi diem fuisse ex his Luciani verbis in Timone c. 51. *καὶ στεφανῶσαι αὐτὸν χρυσοῖς στεφάνοις ἑπτά, καὶ ἀνακηρυχθῆναι τοὺς στεφάνους σήμερον Διονυσίοις τραγῳδοῖς καινοῖς· ἀχθῆναι γὰρ δι' αὐτὸν δεῖ τήμερον τὰ Διονύσια.* Sunt enim eo loco omnia supra fidem aucta, fictaque eo modo, ut de industria incredibilia praedicari appareat. Immo facile adducor, ut verum esse credam, quod Boeckhius in disserta-

tione de Lenaeis p. 35. putat, quum in lege Euegori apud Demosthenem p. 517. scriptum sit, *καὶ τοῖς ἐν ἄστει Διονυσίοις ἡ πομπὴ καὶ οἱ παῖδες καὶ ὁ κῶμος καὶ οἱ κωμῳδοὶ καὶ οἱ τραγῳδοί*, non temere factum esse, quod eadem in lege etiam in Dionysiis Piraeensium primo comoedi, dein tragoedi, in Lenaeis autem tragoedi ante comoedos memorentur. Sed quiqui ille vel unus dies fuit vel plures, ad eum referendum, quod Aeschines p. 58, 43. 59, 23. 75, 27. 83, 13. suis, non decretorum verbis, ut in re omnibus nota, nunc simpliciter *τραγῳδοῖς*, nunc *γιγνομένων τραγῳδῶν*, nunc *μελλόντων τραγῳδῶν γίγνεσθαι*, nunc *μελλόντων τραγῳδῶν εἰσιέναι* dicit. Ex quibus verbis quum cognoscamus renunciationem coronarum factam esse ante quam tragoedi in scenam prodirent, consequitur, quum idem dici solitum sit *τραγῳδοῖς καινοῖς*, ab novis tragoediis captum esse initium. Plures enim per dies agebantur fabulae: unde Polum tragoedum, quamvis senex esset, quattuor diebus octo egisse fabulas refert Plutarchus in libro, quo quaerit an seni gerenda sit respublica, p. 785. B. Eorum igitur dierum primo, ut consentaneum est, actae sunt novae tragoediae: caeteris diebus etiam veteres in scenam esse adductas, quum per se veri simile est, tum illud ipsum, quod in decretis est, *τραγῳδοῖς καινοῖς*, videtur ostendere. Nam quid attinebat *καινοῖς* addi, quum satis esset *τραγῳδοῖς*, nisi ut is dies, qui caeteris illustrior et propter novas tragoedias celebrior esset, eo verbo designaretur?

Caeterum quod Boeckhius in illa de Anthesteriis et Lenaeis dissertatione p. 50. ait, non nosse se veterem fabulam, quae Dionysiis urbanis acta sit, nisi ita mutatam ut pro nova haberi potuerit, quod in Iphigenia in Aulide, in Bacchis, in Alcmaeone factum esse: ea ratione ego quidem uti nolim. Nam etsi eas fabulas in urbe actas scribit scholiastes Aristophanis ad Ran. v. 67. tamen non certum est, de iterata eum commissione loqui. Id Boeckhius, ut patet ex eius libro de tragicis p. 218. seq. collegit ex eo, quod, quum teste scholiasta illo actae sint mortuo Euripide, tamen ad Alcmaeonem respexerit Aristophanes in Equit. v. 1299. unde Alcmaeonis vel priorem vel posteriorem recensionem *Ἀλκμαίωνα τὸν διὰ*

Ψωφῖδος esse appellatam. At, quod iam Bentleius erat suspicatus, duos Alcmaeones scripsisse Euripidem, confirmatum est scholiis codicis Schellershemiani ad Hesiodi Scutum Herculis in Creuzeri Meletem. I. p. 65. ex quibus didicimus illum alterum τὸν διὰ Κορίνθου esse dictum.

Sed redeo ad Esserum: quem apertum est, si vera sunt quae modo disputavimus, non recte contendisse, ne urbanis quidem Dionysiis Nubes potuisse repeti. Atque haec opinio vel ipsis verbis poetae refutari videtur, qui non solum quum ἀναγεῦσαι ὑμᾶς dicit, spectatores alloquitur eosdem, quos in prima commissione habuerat, sed locum etiam eumdem significat, quum v. 524. hic, ἐνθάδε, se primum placuisse ait. Quare Esserus ne illud quidem, quod solum poterat, nobis videtur effecisse, ut Nubes non esse Aminia archonte repetitas ostenderet.

Sed, ut ait p. 23. et seq. quoniam tamen e parabasi colligi videatur, voluisse Aristophanem fabulam istam, emendatam quidem, iterum producere: (id quum subindicat scripto fieri potuisse, quemadmodum Maricam ab Eupolide iterum esse editum Casaubonus ad Athenaeum VI. 7. p. 416. docuerit, vehementer erravit, non attente lectis, quae ibi longe alia dixit Casaubonus) haec tria sibi proposuit demonstrare, in parabasi non loqui poetam de emendatis Nubibus; falsa esse, quae de correctionibus scholiastae referant; versus, qui ex primis Nubibus afferantur, ex turbulento fonte manare.

Horum quod primum posuit, nullam in parabasi correctionis vel novationis factam esse mentionem, vere dictum putamus, si quidem etiam illum versum, ex quo aliquid huiusmodi visum est colligi posse,

οὐδ' εἰςῇξε δᾷδας ἔχουσ', οὐδ' ἰοὺ ἰοὺ βοᾷ,

ad ea spectare credimus, quae ab aliis poetis inepte fuerint instituta. Sed sunt tamen in iis, quae de hac re disseruit Esserus, nonnulla, quae minus circumspecte dicta videantur: ut p. 29. seq. non consentaneum fuisse moribus et ingenio Aristophanis, ut comoediam, quam optime elaboratam diceret, emendandam putaverit, absurdeque eum et inverecunde sibi repugnaturum fuisse, si res easdem, licet mutatas, mercatui exposuisset, nec tamen erubuisset se iactare, quod

non bis terve eadem afferret, sed semper nova et inter se dissimilia excogitaret. Nam in eamdem reprehensionem incurreret, accedente etiam obstinationis et pervicaciae nota, si fabulam prorsus eamdem populo obtruderet. Et quis non videt, quod dicit Aristophanes *δὶς καὶ τρὶς ταὔτ' εἰςάγων*, dictum esse in eos, qui nova polliciti, vetera recoquant; non autem pertinere ad fabulam, quae quod iterum se prodire fatetur, non promittit nova, licet fortasse emendatior quam ante et nitidior incedat?

Mox quod p. 31. dicit Esserus, parabasin statim post editum Eupolidis Maricam esse conscriptam, ut ex illo versu apparere,

Εὔπολις μὲν τὸν Μαρικᾶν πρώτιστον παρείλκυσεν,

id et eodem versu ipso et iis qui sequuntur versibus refutatur. Primum enim Eupolin in Hyperbolum scripsisse dicit poeta, dein huius exemplo Hermippum, iam autem caeteros quoque omnes: ex quo quid potest planius esse, quam aliquanto post Maricam factam esse illam parabàsin?

Praetereo alia, quae non veri similiora attulit. Illud vero cui tandem persuadebit, quae in epirrhemate de Cleone dicuntur, mutare Aristophanem noluisse, quo magis ostenderet, non esse quidquam in fabula illa, quod non probari iudicibus debuisset: de qua re dixit p. 32. seqq. Nam profecto ineptus, ac potius insanus esset poeta comicus, qui fabulam, quam placere debuisse existimaret, iterum in scenam afferens, ne ea quidem mutanda esse censeret, quae praesenti rerum conditioni non essent accommodata. Quare non videtur dubitari posse, quin hoc *ἐπίῤῥημα*, et nescio an etiam *ἀντεπίῤῥημα* servatum sit ex priore editione. Sed id quum non possit ipsi poetae propter caussam, quam modo dixi, imputari, sic statuendum erit, Aristophanem, quum delevisset multa eorumque loco alia posuisset, ad parabasin componendam accessisse, eiusque pro parte ea, quae proprie vocatur parabasis, illa substituisse, quae metro Eupolideo scripta hodie habemus; caeteras partes, certe *ἐπιῤῥήματα*, voluisse quidem vel novas facere vel temporibus adaptare, sed non fecisse, ita ut opus imperfectum destituerit; id igitur exemplar quum post mortem eius repertum esset, servatum

esse, ut correctum, dum prior editio paullatim in oblivionem abibat.

Nihilo rectius de secunda quam proposuit quaestione disputasse nobis videtur Esserus. Scholiastas, quum de priore Nubium editione loquuntur, fere coniecturis uti, pridem a nobis ipsis erat monitum. Eo si referimus etiam quae ad v. 539. de incensa domo Socratis sublatoque in ea eiulatu adnotarunt, apertum est, praesertim si argumentum fabulae sextum conferatur, eos haec in secunda, id est ea, quam et ipsi habuerunt et habemus nos, editione facta dicere. In prima editione illud domus incendium ortumque inde clamorem non fuisse traditur in argumento isto, utrum quia sic acceperat scriptor argumenti, an ex coniectura ipsius, in ambiguo relinquimus. Esto enim, ut scholiastae, quod verba illa,

οὐδ' εἰςῆξε δᾷδας ἔχουσ', οὐδ' ἰοὺ ἰοὺ βοᾷ,

de prioribus dicta Nubibus putarent, accessisse illam scenam in secundis existimaverint: at quid de eo dicemus, quod argumenti scriptor etiam alia plus minus, in iisque diserte illa, *ὅπου ὁ δίκαιος λόγος πρὸς τὸν ἄδικον λαλεῖ,* tota mutata esse refert? Hoc enim certe eiusmodi est, ut coniectando non potuerit inveniri. Ad id respondit quidem Esserus p. 54. sed ita, ut ferro nodum scinderet. Negat enim fidem habendam scholiastis, non monstrans, qui factum sit, ut comminiscerentur aliquid, quod cur sint commenti nulla reddi ratio potest.

Ita ad tertiam partem disputationis suae Esserus progreditur, in qua quae affert tria ex Nubibus citata fragmenta, quae in superstite fabula non exstant, ea tanta levitate reiicit, ut id aperte cupidius, quam veri studio fecerit. De his fragmentis supra explicavimus. Et Diogenes quidem Laertius quos ex Nubibus affert versus, dubium esse vidimus an sint Teleclidis. Sed si citavit priores Nubes Diogenes, nullius profecto ponderis est, quod ait Esserus, si fuerit aliqua prior editio, illo eam tempore non amplius in hominum manibus fuisse. Diogenes enim quae refert, non ex Aristophane ipso, sed ex aliis hausit scriptoribus. Illud autem fragmentum, quod Photius in v. *Πάρνης* servavit, ne dubitari quidem posse, quin ex prioribus Nubibus sit, videtur. Nec denique

in tertio, quod apud eumdem exstat in v. πηνίον, ulla erroris invenitur suspicio.

Sed pergit Esserus ad Athenaeum, qui quum lib. VII. p. 299. B. et lib. VIII. p. 345. F. locos ex secundis Nubibus afferat, qui in nostris leguntur, lib. IV. p. 171. C. quinque versus ut ex prioribus Nubibus sumptos posuit, qui ipsi quoque in editione, quam hodie habemus, scripti inveniuntur: quare Brunckius aliique, quod hoc quoque loco secundae Nubes memorari debuerint, per errorem primas nominatas esse putarunt, Dindorfius autem in fragmentis p. 17. non errasse opinatur Athenaeum, sed, quum ista scriberet, priorum Nubium exemplar versasse, in quo versus illi aeque ut in secundis scripti exstiterint. Quid igitur Esserus? Potuerunt, inquit p. 66., Athenaei temporibus Nubes Aristophaneae duplici forma circumferri; una, quae retinebat primam et veterem, sive quae parabasi carebat; altera, cui parabasis erat adiecta: illae igitur primae, hae secundae Nubes commode appellari potuerunt. Piget hoc commentum refutare: sed mirari licebit, antiquos et bonos auctores, quibus illa melius quam nobis cognita fuisse necesse est, ita contemni, nihil ut eorum testimoniis tribuatur. Vt erraverit Athenaeus eo loco, quo priores Nubes memoravit, at hic quoque locus, sicut illi duo alteri, certissimo documento est, et bis editas esse Nubes, et alteram editionem ab altera diversam fuisse. Neque vero solus est Athenaeus, qui duplicis editionis meminerit. Aliud exstat testimonium in Bekkeri Anecdotis p. 85, 28. *βρῦ, ἐπὶ τοῦ πιεῖν. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις δευτέραις.* Legitur ea vox in nostris Nubibus v. 1386. Alia quae ex Nubibus afferuntur, non inveniuntur autem in nostris exemplis, latuerunt Esserum. Ea commemoravit Dindorfius p. 19. Athenaeus XI. p. 479. C. *κοτυλίσκος δὲ καλεῖται ὁ ἱερὸς τοῦ Διονύσου κρατηρίσκος καὶ οἷς χέονται οἱ μύσται, ὡς Νίκανδρος ὁ Θυατειρηνός, παρατιθέμενος τὸ ἐκ Νεφελῶν Ἀριστοφάνους,*

μηδὲ στέψω κοτυλίσκους.

Dubia sunt, *οὐ μετὸν αὐτῷ,* quod Suidas in his verbis ex Nubibus affert, quum idem *μετὸν αὐτῷ* in v. *μετὸν* ex Aristophane adnotaverit, adiecto loco, qui est in Ecclesiazusis

v. 667. Antiatticista in Bekkeri Anecdotis p. 98, 1. ζυμήσασθαι. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις. Et p. 105, 2. κόλασμα, Ἀριστοφάνης Νεφέλαις. Sed apud hunc scriptorem saepius erratum in fabularum nominibus esse monuit Dindorfius p. 19. Similiter peccatum videri in scholio cod. Ven. ad Pac. 347. observavit Dindorfius in addendis p. VI. quo in scholio de Phormione scriptum: αὐτοῦ μέμνηται ὁ κωμικὸς ἐν Ἱππεῦσι καὶ Νεφέλαις καὶ Βαβυλωνίοις: nominandam enim pro Nubibus fuisse Lysistratam, cuius in v. 804. mentio facta sit Phormionis. Minoris momenti est, quod Antiatticista p. 83, 1. scribit, ἀρχαϊκῶς, ἀντὶ τοῦ ἀρχαίως· Ἀριστοφάνης Νεφέλαις: quod pertinere potest ad v. 820. ubi legitur φρονεῖς ἀρχαϊκά, ad quae verba in iisdem Bekkeri Anecdotis respicitur p. 22, 30. et 449, 10. Veri similius est, πέτευρον, quod Pollux X. 156. ab Aristophane usurpatum dicit, in prioribus Nubibus scriptum fuisse, ut in adnotationibus ad v. 1435. ostendimus.

Sed non praetereundus est in hac disputatione locus Nubium obscurissimus, ad quem praeter Welckerum nullus interpretum offendit, ut aut animum non advertisse, aut noluisse confiteri trepidationem suam videantur. Haec verba dico, quae sunt in parabasi v. 519.

πρώτους ἠξίωσ' ἀναγεῦσ' ὑμᾶς.

Ἀναγεῦσαι fidem habet a scholio: διατάξαι τὸ δρᾶμα· ὡς ἐπὶ βρώματος δὲ εἶπεν. Primam huius scholii vocem corruptam esse putabat Ruhnkenius, emendarique volebat ex adnotatione cod. Leid. δεῖξαι ὑμῖν ταύτην. Ἀναγεῦσαι, quod verbum lexicographi ex hoc solo loco memorant, aut qua veri simillimum est potestate dictum iteratae gustationis notationem continet, aut idem propemodum est quod simplex γεῦσαι, initii fortasse aliqua significatione adiuncta. Hoc posteriore modo acceptum videtur ab interpretibus. Quae interpretatio si vera est, de prima Nubium commissione loqui poetam necesse est, hoc modo: *vobis primis spectandam dedi hanc fabulam, sed posthabita est aliis.* Qui vero sunt illi primi? Nempe cives Athenienses: acta est enim fabula Dionysiis urbanis. Itaque commendare se poeta eo videbitur, quod Nubes suas non ante in Piraeo aliisve ruralibus

Dionysiis docuerit. Atqui nec certo constat, novas fabulas prius aliis in locis in scenam productas esse, quam Athenis spectandae exhiberentur, neque id factum esse valde veri simile est, quia sic novitatis detracta esset gratia. Omnino autem, si de prima commissione sermo est, aptius diceret, praemio se primo sibi dignum esse visum. Et coniiciat quis forsitan legendum esse πρῶτος ἠξίωσ' ἀναγεῦσ' ὑμᾶς, quia usitatum fuerit dici de poetis, πρῶτος, δεύτερος, τρίτος ἦν; vel, quoniam hoc tamen obscurius atque insolentius dictum esset, audacior aliquis praeferat, πρώτους ἠξίωσ' ἀνανεῦσ' ἡμᾶς, sive id ab ἀνανεύειν, *erigi*, *eminere*, derivetur, quod verbum isto significatu apud recentiores usurpatum explicavit Hemsterhusius ad Luciani Somnium c. 13. p. 19. dictum ita etiam a Polybio I. 23, 5. XVIII. 13, 3. sive sit ab ἀνανεῖν, *enatare*, quod ab Aeliano in H. An. V. 20. positum in lexico suo retulit Schneiderus, unde error translatus etiam in novam editionem Stephani. Nescio ego quidem, ubi in Aeliani libro illud verbum legatur, nisi forte ἐκνεύει, quod exstat in cap. 19. Schneiderus in mente habuit. Sed attuli haec, ut occurrerem iis, quibus forte in mentem veniret, ab huiuscemodi ratione petere auxilium. Nam firmius stare videtur ἀναγεῦσαι, quam ut hoc quidem in verbo aliquid mendi lateat. Sed hoc verbum quo minus usitatum est, eo magis proprio ac naturali significatu de iterata erit gustatione intelligendum. Quare non dubitandum existimo, quin de repetita editione, ipsoque eo tempore, quo haec parabasis recitaretur, cogitaverit Aristophanes. Ita ratio et ordo sententiarum hic est: *sic ego vincam, uti hanc comoediam, quod eam omnium quas feci optimam esse arbitror, primos vos iterum cognoscere volui: quae quum mihi permagno labore constiterit, tamen inferior aliis sum habitus.* Quaerimus sic quoque, illud πρώτους quid sibi velit. Patet enim eosdem eum dicere, qui prius illam fabulam spectaverint: neque enim alii dici possunt iterum gustare: confirmantque id etiam quae sequuntur. His ergo si primis iterum gustandam eam fabulam praebet, alios aliquos esse oportet, apud quos vel prius quam apud istos, vel solos agi possit. Qui sunt autem isti? Vix, credo, alii, quam qui in Piraeo specta-

bant. Itaque aut hoc dicere censendus est, noluisse se prius in Piraeo experiri placeretne fabula, aut illud, quamvis Piraeo destinata sit, tamen prius in urbe eam agi voluisse. Neutrum veri simile est: alterum, quia de tali more nihil compertum habemus; alterum quia non dignum est persona Aristophanis. Omnino vero quid maxime hoc loco dici conveniat considerantibus non obscurum esse arbitror, hanc requiri sententiam: *ita vincam, ut hanc comoediam, quia omnium mearum optimam esse puto, iterum ad vos affero.* Ad eam igitur rationem correxi locum, adscito *πρώτως*, quod peropportune corrector in uno ex Dobraei codicibus servavit. Potuerat etiam copula inserta dici, *καὶ ταύτην σοφώτατ' ἔχειν τῶν τ' ἐμῶν κωμῳδιῶν πρώτως*, nisi etiam *πρώτως σοφώτατα* recte se haberet. Illo quidem modo Platonem loquutum referunt Thomas M. et Ammonius: *Πλάτων γοῦν διαιρούμενος τὰς πολιτείας, τὴν μὲν πρώτως ἔχειν φησί, τὴν δὲ ὑστέρως.* Leganturne haec in Platonis libris, nescio: locum certe neque alii, neque Lobeckius monstravit, qui ad Phrynichum p. 311. uberius de hoc adverbio dixit. Sed est hoc eiusmodi, ut exemplo non indigeat. Bene convenit cum emendatione nostra, quod quinto loco in argumentis Nubium scriptum est: *τὸ δὲ δρᾶμα τοῦτο τῆς ὅλης ποιήσεως κάλλιστον εἶναί φησι καὶ τεχνικώτατον.*

Sed dicendum iam est, quibus rationibus adductus videatur Aristophanes, ut Socratem, hominem omnium iudicio innocentissimum, in scena traduceret. Atque Aelianus quidem in Var. Hist. II. 13. Eunapius in Aedesio p. 35. Thomas Magister in argumento fabulae octavo, scholiastae ii, qui scripserunt argumenta II. et VII. et IX. et ad v. 623. ab Anyto et Meleto corruptum Aristophanem scribunt, ut in populi invidiam adduceret Socratem. Quam rem ab imperitissimis hominibus fictam atque excogitatam esse eo intelligitur, quod Socrates mortuus est Olympiadis demum XCV. anno 1. qui est post editas Nubes annus XXIII. Itaque quidam, ut scholiastes in argumento I. testatur, alia, sed non minus inepta ratione usi, iratum crediderunt Socrati fuisse Aristophanem, quod Archelaus, Macedoniae rex, eum ipsi praetulisset. Verum iam inter veteres fuerunt, auctoribus scholiastis ad v. 97.

βολον, sed *ἦν δὲ καὶ τριώβολον* scriptum est. Nam adiecisse haec alius videtur interpres, errorem alterius, sed dubitanter, corrigens. Sed quod sibi persuasit Boeckhius, mercedem illam iudicum, quae a Pericle instituta est, initio constitisse uno obolo, a Cleone autem Olymp. LXXXVIII. ad tres obolos auctam esse, id illis quidem quibus utitur argumentis nequaquam efficitur. Sunt autem, si numeres, quattuor. Primo variasse mercedem iudicum auctore ipso Aristotele apud scholiastam ad Vesp. 682. Is ita scribit: *τὸν φόρον λέγει, ἀφ' ὧν ἐδίδοτο τὸ τριώβολον. τοῦτο δὲ ἄλλοτε ἄλλως ἐδίδοτο, τῶν δημαγωγῶν τὰ πλήθη κολακευόντων, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν Πολιτείαις.* Aristophanes quidem eo loco de iudicum mercede loquitur: sed scholiastam quis ausit non hic quoque quod in concione usitatum erat ad iudicia transtulisse? Secundum argumentum in eo est positum, quod Cleo in Equitibus Aristophanis aperte patronum trioboli agat, curaturumque se promittat, ut victis olim Peloponnesiis ius in Arcadia dicens populus quinque obolos accipiat. Verba Cleonis haec sunt v. 797.

ἔστι γὰρ ἐν τοῖς λογίοισιν
ὥς τοῦτον δεῖ πότ' ἐν Ἀρκαδίᾳ πεντώβολον ἡλιάσασθαι,
ἢν ἀναμείνῃ· πάντως δ' αὐτὸν θρέψω 'γὼ καὶ θεραπεύσω,
ἐξευρίσκων εὖ καὶ μιαρῶς ὁπόθεν τὸ τριώβολον ἕξει.

Ex his vero nihil aliud, nisi ad summum hoc coniici potest, variasse mercedem iudicum: quamquam admodum debilis ratio est, si, quia hic maiorem aliquando fore per oracula praedictum fingit, minorem olim, quam tum erat, fuisse credendum sit. Quod autem addit Cleo, se per fas et nefas provisurum, ut suppetat unde detur triobolum, non magis illuc trahi potest: nam perinde est, ac si polliceretur numquam defuturum esse id, quo unice gauderet populus. Quin ne veri quidem simile est, a Cleone aliquod mercedis illius incrementum profectum esse: mentionem enim faceret huius beneficii paullo ante, ubi merita sua in populum praedicat. Sequitur tertium argumentum: si ad haec adiiciatur testimonium scholiastae ad Pluti v. 330. pro certo habendum esse, non alium quam Cleonem fuisse, quo auctore pro uno obolo tres coepti essent dari iudicibus: nam observationem illam, importuno loco positam, ad iudicum mercedem spectare. Hic quidem scholiastes sic

scribit: τούτους οὖν τοὺς ἐκκλησιαστὰς ἐποίησαν φανερόν τι (i. e. *certum quid:* v. Reitzii glossarium ad Theophili Institutiones) λαμβάνειν ἀπὸ τῶν τῆς πόλεως προςόδων οἱ δημαγωγοί, πείσαντες τὴν πόλιν· ὕστερον δὲ ὁ Κλέων ἐποίησεν αὐτὸ τριώβολον. Quum Aristophanes illo loco non de iudiciorum, sed de concionis mercede loquatur, eamdemque scholiastes quoque dicat, plane pro arbitrio et sine iusta, ac potius sine ulla caussa sumptum est, non apto loco positam esse illam adnotationem, et referendam esse ad iudicum mercedem. Immo concionantium mercedem quum certum sit variasse, non solum nihil est, quare eum, qui id suis quoque verbis confirmat, non de illa mercede loqui contendamus, sed confitendum potius erit, maximam similitudinem, quae inter hoc scholion est et illud quod ad Vesparum v. 682. scriptum supra posuimus, indicio esse, illud quoque, uti dicebamus, de concionis mercede esse interpretandum. Reliquum igitur est quartum argumentum. Atque etsi quae Spanhemius ad Nubium locum disputavit non probat Boeckhius, tamen in eo illum sequitur, quod Strepsiadem de unius oboli mercede loqui putat: unde computatis ad Phidippidis pueritiam annis illo tempore unum obolum datum esse iudicibus censet usque ad Olymp. LXXXVIII. quo tempore tres invexerit Cleo. Apparet id eum serio dicere. Nos, quum superioribus argumentis nihil effectum videatur, huic quidquam tribuamus? Immo ne si fuisset quidem illo tempore merces iudicum unus obolus, tam sollicite cavisse poetam credimus ne diceret, quod curiosus aliquis spectator ut temporibus non congruum posset reprehendere. Quid? Hodie si quis filio diceret, *den ersten groschen, den ich als richter einnahm, für den kaufte ich dir ein wägelchen,* numquis inde colligeret, unum grossum fuisse, quem iste accepisset? Accedit, quod, si verba premere volumus, non dixit Strepsiades, ὃν πρῶτον ἔλαβον ὄβολον ἡλιαστικόν, sed ὃν πρῶτον ὄβολον ἔλαβον ἡλιαστικόν, quae non nihil diversa sunt. Itaque nisi quis alia argumenta afferat, iudicum mercedem semper fuisse triobolum credemus.

---

qui nullam simultatem Aristophani cum Socrate intercessisse existimarent. Quam opinionem sequutus is, qui argumentum primum scripsit, perpetuis comicorum et philosophorum iurgiis factum putat, ut Socratem irrideret Aristophanes.

Nobis aliter videtur. Nam si Socrates eo tempore, quo nondum cuiusquam invidiae videtur obnoxius fuisse, non solum ab Aristophane, sed etiam ab Eupolide et Amipsia est lacessitus, ut scholiastes ad v. 97. et 180. et Diogenes Laertius II. 28. observarunt, facile, puto, unusquisque, qui antiquae Graecorum comoediae morem noverit, id non odio, sed sola ridendi libidine factum existimabit. Haec enim fuit poetarum veteris comoediae consuetudo et libertas, ut non modo, quo quisque vellet, studia populi impelleret, unde autem vellet, deduceret, sed etiam ut, quidquid in quoque ridiculum inveniretur, id oblectationis tantum caussa, sine ulla acerbitatis suspicione in scena notaret. In quo genere largam ridendi materiam suppeditabat Socrates, qui propter morum vitaeque insolentiam notus esset omnibus, quum neque sapientiae speciem captaret, nec sectam parare sibi studeret, neque recondita quaedam atque arcana docere se simularet, nec mercedem doctrinae exigeret, sed vulgo ubique conspiceretur, in opificum tabernis disputaret, nihil se scire contenderet, in magna paupertate divitias contemneret, pedibus nudis semper incederet, in via publica totas horas, immo totos dies meditabundus, quasi animo abalienato, staret, omninoque sibi ipsi sapere, quam placere aliis mallet. Accedebat, quod in ipsa illa vitae tenuitate et simulatione inscitiae valde superbus esse videbatur, eamque superbiam vultu prae se ferebat. Nec defuisse crediderim nonnullorum indignationem, quod multi adolescentes hominem tam mirum studiose sectarentur, suspectamque eius sapientiam cupide imbiberent. Inde factum est, ut Aristophanes, quum vellet philosophis irridere, nulla re magis placituram putaret fabulam suam, quam si illi partes philosophorum tribueret, qui quod haberetur philosophus, vel sola personae specie risum spectatoribus posset commovere. Easdemque caussas fuisse arbitror, quare Eupolis et Amipsias Socrati illuserint. De Amipsiae versibus infra dicetur. Ab Eupolide etsi scholiastes ad v. 97.

paucis in locis vehementius reprehensum scribit Socratem, quam ab Aristophane in totis Nubibus, tamen quod eius rei exemplum affert,

δεξάμενος δὲ Σωκράτης
τὴν ἐπίδειξιν . . .
Στησιχόρου πρὸς τὴν λύραν
οἰνοχόην ἔκλεψεν,

id quum ipsorum scholiorum testimonio simillimum sit iis, quae Aristophanes dicit v. 180.

ἐκ τῆς παλαίστρας θυμάτιον ὑφείλετο,

tum non maiore cum acerbitate dictum videtur. Narrabantur talia Athenis, ut multa vel invidia hominum vel levitas comminiscitur, credit, repetit, auget. Ego quidem facilius credam, Socrati tributum esse, quod Chaerephon vel alius Socratis sectatorum commisisset, quam, quod Wolfii suspicax petulantia proiecit, iuvenile illud Socratis vitium fuisse. Aristophani quidem si quae peculiaris caussa fuit, quare Socratem perstringeret, et hunc potius quam alium sophistam in scenam produceret, ea in odio Euripidis quaerenda erit, cuius Socratem amantissimum fuisse constat. Atque, ut Aelianus in V. H. II. 13. refert, vix ille umquam in theatro conspiciebatur, nisi si Euripides novis fabulis decertaret, quas propter morum praecepta sapientiaeque commendationem plurimi faciebat. Quin dicebatur etiam adiuvare Euripidem in tragoediis scribendis, de qua re comicorum testimonia protulit Diogenes Laertius II. 18. in iisque unum, ut videtur, e Nubium priore editione.

Sed volo de Socrate dicere paullo explicatius, ne excusavisse Aristophanem, non defendisse videar. Ac Socratem quum philosophiam de caelo devocasse et collocasse in urbibus praedicent; quum vitam egisse constet integerrimam atque innocentissimam; quum mortem sustinuisse ea qua sapientem decet cum animi tranquillitate sit traditum: quid mirum, quod tanta eius admiratio est omnium, ut pro exemplo virtutis et sapientiae habeatur, indignemurque non solum quod extremo est supplicio a civibus suis affectus, sed etiam quod comici eum ut ineptum nugatorem iuventutisque malis dicendi artibus corruptorem in scena traduxerunt? Sed tamen vereor, ne, qui vel de philosophia eius disseruerunt, vel

dixere de ingenio ac moribus, eorum plerique, ut in viro fere nonnisi per laudes noto, non sint satis incorrupto iudicio usi: id quod accidit etiam doctissimo scriptori dissertationis de accusatione Socratis in Bibliothecae veteris litteraturae et artis fasc. I. et II. Quamquam quod ad philosophiam Socratis attinet, eius ratio quae fuerit, omnium optime intellexisse mihi videtur Schleiermacherus in comment. philos. Acad. Berolin. a. 1814. 1815. Nam Socrates quum illud ipsum quid esset, scire aliquid, investigaret, quique fontes essent sciendi cognoscendique aperire studeret, avocavit animos a subtilitate inutilium disputationum, quibus ingenium potius atque dicendi exercitatio ostentaretur, quam ut fructus ex iis aliquis redundaret, traduxitque ad eas quaestiones, quae ad vitam vel publicam vel privatam recte sapienterque instituendam pertinerent, quod quibus ad has res opus est veri, recti, iusti, honesti, decori notionibus, in ipsis hominum animis insitas esse intelligeret. Quod ille quum faceret coarguendo magis et refutando quam docendo et persuadendo, evertebat potius quae inania ab aliis praeciperentur, quam condebat novam doctrinam. Quae si est deinceps ab aliis fundata, exculta, magis magisque perfecta, debetur quidem ipsi huius rationis summa, sed ut excitati ab eo illi, qui Socratici vocantur, in primisque Plato, quae ipsis placerent, veluti ex ore magistri sui proferrent. Quorum plurima a multis Socrati sunt tributa, quae, si severius exigas, vel non erant ab illo, vel erant alio modo dicta aut cogitata. Multumque ad eam rem contulit consuetudo illa scribendi dialogos Socraticos, quorum inventorem Aristoteles apud Athenaeum lib. XI. p. 505. C. Alexamenum Teium fuisse tradidit: quod genus scribendi haud dubie illo tempore et ortum est et multorum studiis cultum, quo amici Socratis tum iniusta eius condemnatione commoti, tum admirati morientis magnitudinem animi, ad vindicandam viri innocentiam ornandasque quas contemni ab iudicibus vidissent virtutes sunt excitati. Nam profecto nec philosophiae nec sapientiae nec probitatis tantam ille esset claritatem adeptus, nisi iniusto damnatus iudicio mortem fortiter atque aequo animo pertulisset. Virtus enim ea, quae non magnitudine rerum gestarum, aut splendore ingenii, aut

insolentia facinorum, sed vitae morumque integritate continetur, neglecta iacet oblivionique traditur, nisi fortunae gravem est atque insignem perpessa iniuriam. Sic, qui nunc maximam orbis terrarum partem tenent, nulli essent Christiani, nisi religionis huius auctor sanctissimus animi in crudelissimo supplicio constantia confirmasset eos, qui se eius disciplinae addixerant. Id non videntur satis reputasse, qui Socratem tantopere admirantur. Nam qui sunt illi, per quos clarus est factus? Amici eius atque discipuli, iique ipsa demum morte eius ad eum defendendum, laudandum, celebrandum provocati. Vivo eo qui scripsere, comici, et riserunt eum et vituperarunt, petulantius quidem nonnulli, sed ut fuerint etiam qui aequius de eo sentirent. In his numerem Amipsiam, qui mihi videtur paucis versibus verissime descripsisse Socratis ingenium. De eo sic refert Diogenes Laertius II. 28. *Ἀμειψίας δ' ἐν τρίβωνι παρειςάγων αὐτὸν φησὶν οὕτως.*

Σώκρατες ἀνδρῶν βέλτιστ' ὀλίγων, πολλῶν δὲ ματαιόταθ', ἥκεις
καὶ σὺ πρὸς ἡμᾶς, καρτερικός τ' εἶ; πόθεν ἄν σοι χλαῖνα γένοιτο;
τουτὶ τὸ κακὸν τῶν σκυτοτόμων κατ' ἐπήρειαν γεγένηται.
οὗτος μέντοι πεινῶν οὕτως οὐπώποτ' ἔτλη κολακεῦσαι.

Horum versuum in primo cur Meinekius in Quaestt. scen. Spec. II. p. 44. *ὀλίγῳ* et *πολλῷ* scripserit, non intelligo: immo, si quidquam, verissima est librorum scriptura. Post secundum versum deesse aliquid, in quo *τὸ ἀνυπόδητον* Socratis commemoraretur, vidit Ferrarius de re vestiaria part. II. lib. IV. c. 16. (in Graevii Thes. Ant. Rom. vol. IV. p. 894.) Posteriores duos versus ab alia persona dici apertum est. Sic ille quidem de vivo. Sed mortuo, quum poeniteret Athenienses iniusti iudicii, nihil nisi laudes sunt viri auditae. Neque incredibile, etsi fortasse non verum est, collacrimasse totum theatrum ad hoc Euripidis in Palamede:

ἐκάνετ', ἐκάνετε τὰν
πάνσοφον, ὦ Δαναοί,
τὰν οὐδὲν ἀλγύνουσαν ἀηδόνα Μουσᾶν.

Quae Valckenarius in diatr. de fragm. Eurip. p. 190. ab Euripide quidem non esse in Socratem scripta docuit, quod Euripides multo ante Socratem vita excesserit, ideoque falsa retulisse, qui illud narrarunt, nisi forte post mortem Socratis repetita sit illa Euripidis tragoedia: quae mihi quidem, si quid veri in ista narratione est, haud paullo probabilior coniectura esse videtur, quam quod Boeckhio in libro de tragicis Graecis p. 185. placuit, versus istos Socratis caussa, quum repeteretur tragoedia, ab interpolatore esse insertos. Nam quidni, qui Palamedem illo tempore in scenam reduceret, hanc potuit tragoediam eo ipso consilio aliis praeferre, quod scripta in ea esse sciret, quae quivis esset ad Socratem relaturus? Aliquot annis post mortem suam vereor ne Socrates non tanta Athenis in admiratione fuerit, quanta per Platonem potissimum ad posteros est propagata. Communem opinionem sequutum esse video virum praestantissimum, cuius de obitu qui nuper sparsus erat rumor inanem fuisse tanto magis sum laetatus, quo maiore teneor desiderio amicorum meorum Turicensium, in quibus ille quoque mihi humanitate aeque atque eruditione cognitus est, Bremium dico, qui in adnotatione ad Aeschinem vol. I. p. 118. ubi *σοφιστὴς* appellatur Socrates, avertere interpretando reprehensionem studuit. Aeschinis haec verba sunt in oratione adversus Timarchum p. 24, 33. (168. ed. Reisk.) *ἔπειθ' ὑμεῖς, ὦ Ἀθηναῖοι, Σωκράτην μὲν τὸν σοφιστὴν ἀπεκτείνατε, ὅτι Κριτίαν ἐφάνη πεπαιδευκώς, ἕνα τῶν τριάκοντα τῶν τὸν δῆμον καταλυσάντων:* de quo loco breviter sed accurate Wyttenbachius, quem Bremius citavit, ad Plutarchum T. IV. P. II. p. 655. *Aeschines Socratem nominat sophistam, ut orator, et alios docentem.* Nam ut orator sophistam vocat, quia comparat cum Demosthene, quem paullo post eodem nomine appellat; ut alios docentem autem, quia de arte, quam uterque factitaverit, loquitur. Itaque nec laudat Socratem nec vituperat: sed tamen, si ille tum ob sapientiam habitus esset ante alios venerabilis, non recte usus esset ista appellatione, quum praesertim nulla necessitas ut ea uteretur cogeret: nisi ideo usum esse putabimus, ut ne iniuste damnatum iudicibus obiicere videretur. Non enim quaere-

bat iurene an iniuria damnatus esset Socrates, sed si ille capite luisset, quod discipulum habuisset Critiam, non minus ea poena dignum esse propter Aristarchi facinora Demosthenem volebat ostendere.

Ego quidem, si sobrie de Socrate iudicare volumus, et quae certo cognita habemus potius, quam laudes ab amicitia defendendique studio profectas, natamque ex iis admirationem posteritatis spectare, sic existimandum arbitror. Erat ille et acris sanique iudicii homo, et veri rectique in omni vita studiosissimus. Itaque et animadvertebat sagaciter, quid errarent philosophi illi et sophistae, quorum audiendorum cupiditate flagrabant populares eius, et, quod eximia esset constantia, strenue faciebat officia sua. Sed utroque in genere magna quaedam eum adiuvabat superbia, non illa quidem iactabunda et fastu plena, sed latens modestiae specie assumpta, et callide tum conditioni attemperata rei domesticae, tum accommodata eius ingenio. Negligebat cultum corporis, ut ne desiderare quae non haberet, sed contemnere videretur. Temperans erat, amore quidem virtutis, sed etiam ne exprobrari sibi intemperantia posset. Suo animo indulgebat, nihil curans quid alii de se sentirent, quod homines non magni faceret. Humanus, facilis, comis erat, quod alios se potius indigere, quam se opus habere aliis intelligeret: sed solus si incederet, in incessu vultuque naturalis conspiciebatur superbia contemptusque hominum. Nihil se scire dictitabat: non enim aut natura aut arte eloquens erat: sed, dum eos, qui omnia se scire profitebantur, quaerendo per simulatam inscitiam eo adducebat, ipsos ut nihil scire appareret, plus se admirationis consequi videbat, quam si magnum ageret philosophum. Religionum vanitatem perspiciens, colebat quidem deos, quod et indulgendum aliquid putaret piae credulitati, et periculosum esse sciret, si quis se a communi opinione segregare in hoc genere auderet: sed tum refutando quae indigna diis pro veris haberentur, tum iurando per alias res quam per deorum numina, tum, ubi rationem consiliorum suorum factorumque reddere nollet, genio quodam suo praetexendo, satis prodebat perspicacioribus, quantum contemneret, quae vulgus crederet religio-

sissime. Ac memorabile est, Xenophontem, qui omne studium ad id contulit, ut Socratem adversus criminationes accusatorum defenderet, hanc caussam tam leviter attigisse, ut eam oblivioni voluisse permittere, quam habuisse videatur quo plane purgaret Socratem. Accedebat ad haec quaedam ab ipsa ei natura insita aequabilitas animi atque constantia, quae quum obstaret ne quid temere atque inconsiderate diceret ageretve, consociata cum illa quam diximus superbia efficiebat, ut quum omnibus in rebus mentis consiliique compos maneret, tum in proeliis quoque militis intrepidi laudem consequeretur. Talem virum quis non videat, quomodo propter mores singulares, quum videri potius stultum quam esse intelligerent, et sectari debuerint plurimi, et, qui ei familiares facti essent, laudare atque admirari; caeteri autem ut hominem superbum, vanae sapientiae studiosum, disputando omnia labefactantem, denique adolescentium animos non optimis artibus imbuere visum et ridere potuerint et contemnere et aliquando acerbius notare? Quorum neutris, qui recte iudicare voluerit, plus tribuet, quam tribui vel amicis decet, solas laudes viri memorantibus et ornantibus cupidius, mortui praesertim et iniuste damnati, vel risoribus, hominem vivum, eumque famosum potius quam clarum, necdum tristi vitae exitu nobilitatum ea cum libertate perstringentibus, qua quemvis, qui ridendi reprehendendive ansam praeberet, lacessivisse veterem comoediam constat. Ita mihi, qui simplicem veritatem spectare volent, sentire de Socrate debere videntur.

Venio denique ad Nubes ipsas: de quibus qui sana mente sunt sic iudicaturos credo, ut meminerint, non alio modo Graecos poetas aut invenisse fabulas suas aut composuisse atque expolivisse, quam eadem hodierni quoque facere consueverunt. Atque argumentum Nubium ex his partibus constat, quas ordine enumerabimus.

I. Aere alieno se liberaturus senex quum filium, ut Socratis disciplina eruditus creditores defraudare discat, adducere non possit, ipse adire Socratem constituit: v. 1—133. II. Ad cuius domum quum accessisset, discipuli cuiusdam foras egressi sermone magis etiam incenditur: v. 134—184. III. Itaque intromissus, miratur diligentiam philosophorum

apparatumque scholae: v. 185 — 223. IV. Deinde ab Socrate coram Nubibus initiatur: v. 224 — 513. V. Suspenditur inde actionis continuatio per parabasin chori, partim e poetae persona ad spectatores loquentis, partim hymnos canentis in laudem deorum: v. 514 — 622. VI. Finita parabasi Socrates conspicitur senem docens: quem Nubes ubi nimis indocilem esse vident, suadent, ut filium, quem promptum iam fore spondent, in disciplinam Socrati tradat: v. 623 — 812. VII. Senex filium, invitum quidem, sed non magnopere pugnantem, ad Socratem adducit: v. 813 — 865. VIII. Socrates, in certamen commissis iusto et iniusto oratore, quorum iniustus vincit, optionem dat adolescenti, ab utro doceri malit: v. 865 — 1117. IX. Parabasis inde chori sequitur ad spectatores e personis Nubium verba facientis: v. 1118 — 1133. X. Senex deinde filium bene eruditum ab Socrate accipit: v. 1134 — 1170. XI. Ille igitur quaedam edit doctrinae documenta: v. 1171 — 1214. XII. Quibus pater ad summam spem elatus, Pasiam creditorem cum teste a foribus aspellit: v. 1215 — 1259. XIII. Mox etiam Amyniam: v. 1260 — 1304. XIV. Inde fructum disciplinae Socraticae chorus praedicit spectatoribus: v. 1305 — 1324. XV. Pater igitur, intus contumeliis a filio affectus, de impietate eius conquerens foras egreditur, cui filius, dicendi peritia fretus, recte se fecisse demonstrat: v. 1325 — 1479. XVI. Ob eam rem senex, de Socrate vindictam sumpturus, aedes eius incendit: v. 1480 — 1514.

Non essent haec apte composita, si poeta nihil aliud propositum habuisset, quam ut senem describeret, qui quod filii caussa in eas alienum illapsus creditores fraudibus circumducere studuisset, iustas huius fraudulentiae poenas daret. Sic enim non satis fuisset verberari eum a filio, sed debuisset etiam in ius vocatus caussa cadere et bonis exui. At vero aliud fuit Aristophani consilium. Scripta est enim fabula in philosophos istos et sophistas, qui non solum inani rerum sublimium perscrutatione adolescentes ab utilibus studiis avocarent, sed etiam mores iuventutis per fallaces dicendi artes, quibus et absurdissima quaevis et scelerosissima defendi possent, corrumperent ac penitus depravarent. Itaque prae-

cipuum et in quo summa totius fabulae contineretur inventum illud est, quo duos oratores in concertationem committi videmus, alterum antiquae disciplinae defensorem, alterum, qui novitios mores coniunctaque cum iis flagitia commendaret. Et est illa fabulae pars profecto eminentissima, maxime propter gravissimum illum iusti oratoris sermonem, quo vix quidquam fingi praeclarius potuit. Sed novitii isti mores quo evaderent, quemque ex iis fructum caperent ii, qui philosophis istis docendos committerent filios, id ut exemplo aliquo cognosceretur, caetera finxit poeta: eaque composuit aptissime. Ac primum ut philosophos illos risui exponeret, persona usus est Socratis, quem crederent plerique illis studiis deditum esse, hominis et noti omnibus, et quum ipso adspectu, tum moribus quoque ridendi. Sed hunc etsi inania atque inepta docentem fecit, tamen, credo quod neque ipsum malum esse, nec turpia suadere adolescentibus sciret, non finxit ipsum istos mores commendantem, quorum exemplum propositurus erat in Phidippide, sed dedit hoc negotium uni illorum oratorum, quos apud eum esse dixit, quorum alter iusta atque honesta, alter iniusta ac turpia defenderet. Socrati adiunxit amicum eius Chaerephontem, non minus illum famosum, neque qui non esset vel per se deridiculo. Operae pretium est adscribi, quae de eo retulit scholiastes Platonis ad Apologiam p. 331. ed. Bekk. *Χαιρεφῶν οὗτος ὁ Σωκρατικὸς ἰσχνὸς ἦν καὶ ὠχρός, τὸ δὲ ἦθος συκοφάντης καὶ κόλαξ, πρὸς δὲ καὶ κλέπτης καὶ αὐχμηρός, τὴν δὲ περιουσίαν πένης. Εὔπολις μὲν οὖν ἐν Πόλεσι διὰ τὴν χροιὰν πύξινον αὐτὸν καλεῖ, Ἀριστοφάνης δ' ἐν Ὄρνισι νυκτερίδα· ἐν δὲ Τελμησσεῦσιν εἰς συκοφάντην ἀποσκώπτει· Κρατῖνος Πυτίνῃ εἰς αὐχμηρὸν καὶ κόλακα· Εὔπολις δ' ἐν Κόλαξι Καλλίου κόλακα λέγει· Ἀριστοφάνης δ' ἐν Δράμασι κλέπτην· ἐν δ' Ὥραις νυκτὸς αὐτὸν παῖδα καλεῖ.* Deinde fecit Strepsiadem, hominem rusticum, cuius filius, quod mater nobili natu esset, equis alendis patrem in aes alienum coniecisset. Quo non dubitandum quin perstrinxerit homines vanos, qui supra facultatum suarum modum luxuriam aemularentur divitum et nobilium. Nam quod Süvernius putabat, qui docte atque eru-

dite scriptam de Nubibus dissertationem edidit, Strepsiadis persona Periclem, Phidippidis Alcibiadem notari, id vereor ut cuiquam persuaserit. Alcibiades quidem ut fuerit in illis, quorum vitam et mores in Phidippide expressos cernimus, tamen nihil usquam in Nubibus invenitur, quod in hunc potius quam in quemvis alium dictum videatur; multo minus autem de Pericle cogitavit poeta, quum fecit Strepsiadem. Sed apertum est, Süvernium, quum semel illam suspicionem animo concepisset, curiose conquisivisse, quidquid illuc trahi posse videretur, neglectis, quae obstabant multo graviora. Nam Pericli quidem nihil commune fuit cum Strepsiade: cui quum Periclis illud εἰς τὸ δέον tributum est, diserte Periclem et nominatim tetigit poeta: sed id Süvernius ut ad aliquam inter illos similitudinem converteret, Diodorum XII. 38. sequutus est p. 39. non optimum auctorem, qui ea de Pericle tradidit, quae et ab ingenio illius viri ac moribus valde abhorrent, et repugnant locupletioribus aliorum testimoniis scriptorum. Phidippidis autem quod mater filia esse perhibetur Megaclis, id factum est, quod et nobiles essent illius nominis viri, et ipsum nomen nobilitatis significationem contineret: deliguntur enim a comicis nomina moribus, factis, conditioni personarum convenientia: ut ne cogitasse quidem de Alcibiade, qui matrem Megaclis filiam haberet, videatur Aristophanes: aliter et nominatim eum appellasset, nec fecisset Phidippidem filium esse rustici. Multo minus, quod Süvernius p. 33. coniiciebat, balbutiem notavit Alcibiadis, quum puerum Phidippidem aetatis, non oris vitio τραυλίσαι dixit v. 861. et 1385.

Sed redeo ad consilium poetae. Vt ostenderet, quos fructus gigneret ista sophistarum disciplina, adolescentem introduxit, quem quum pater Socrati docendum ideo commisisset, ut per eius dicendi fallacias creditores eluderet, ea res in ipsius perniciem vertit, filio artibus illis tantopere abutente, ut adeo verberet patrem, idque iure se facere ostendat. Tum ille intelligens, quam insana sit et detestabilis ista doctrina, ut vindictam sumat, domum Socratis ferro ignique aggreditur. Ita ultima fabulae scena, quae aliter sine idonea caussa adiecta videretur, etiam necessaria est, patetque

omnem fabulam eo tendere, ut, qui mores iuventutis ad istum modum corrumpant, non solum contemnendos, sed etiam poena dignos esse doceatur. Et tractavit profecto hoc argumentum poeta ingeniose, multoque cum lepore et inventorum et dictorum. Quo magis mirum videri potest, quod, quum haec comoedia a plerisque summis laudibus extollatur, tertius in eius commissione iudicatus est Aristophanes, praelatis ei Cratino et Amipsia. Erunt fortasse, qui ineptum quid agere putent, si quis hodie in huius rei caussas inquirat, quum non modo Cratini Pytina et Amipsiae Connus perierint, sed ne Nubes quidem habeamus tales, quales fuerunt, quum sunt in scenam productae. Sed est tamen, nisi fallor, quo illi, si qui sunt, adduci possint ut aliter sentiant. Nam primum quod attinet ad admirationem illam, in qua Nubes apud multos esse video, eius vereor ne non sint iustissimae caussae. Alii enim admirari et laudare hanc fabulam videntur, quod eam saepius diligentiusque quam alias lectitarunt; alii propter celeberrimum nomen Socratis; alii fortasse ipsius Aristophanis moti iudicio. Illos certe, qui satis cognitum habent Aristophanem, haud dubitanter alias eius fabulas praeferre Nubibus crediderim. Quod vero non exstat prima Nubium editio, id tantum abest ut obstet quo minus de ea iudicari possit, ut, si veri simile est secundam editionem praestare primae editioni, non verendum sit ne de illa iniquius iudicemus, si ne hanc quidem censeamus talem esse, ut, si cum Pytina et Conno committeretur, victoriam esset reportatura. Aristophanes quidem ipse, quem non mirum est noluisse se iure videri posthabitum illis esse, quum in parabasi hanc dicit ex suis comoediis *σοφώτατ' ἔχειν πρώτως*, non tam quae eius virtutes essent, quam quibus vacua esset vitiis commemoravit. Non multo aliter ea de re scripsit in Vespis v. 1043.

τοιόνδ' εὑρόντες ἀλεξίκακον τῆς χώρας τῆσδε καθαρτήν,
πέρυσιν καταπρούδοτε καινοτάταις σπείροντ' αὐτὸν διανοίαις,
ἃς ὑπὸ τοῦ μὴ γνῶναι καθαρῶς ὑμεῖς ἐποιήσατ' ἀναλδεῖς·

καίτοι σπένδων πόλλ᾽ ἐπὶ πολλοῖς ὄμνυσιν τὸν Διόνυσον,
μὴ πώποτ᾽ ἀμείνον᾽ ἔπη τούτων κωμῳδικὰ μηδέν᾽ ἀκοῦσαι.

Sed tamen quum commemoraverit καινοτάτας διανοίας, indicavit, quid ipse maxime laudandum existimaret. Reisigio quidem, cupidius sua commenta defendenti, in Museo Rhenano vol. II. fasc. 2. p. 192. dicere visus est pensiles machinas, in quibus Socrates, et, ut placebat Reisigio, Euripides sederent. Vt comprehensae sint novis illis inventis machinae istae, at in primis tamen eo tum oratores illi duo, qui antiquos et novitios mores defendunt, et chorus referri debet Nubium, quas ut mulieres mirifice Nubium ad instar exornatas in orchestram prodire, eumque ornatum per totam fabulam servare quis dubitet? Monuit etiam Süvernius p. 33. Sed quantumvis haec inventa laudet Aristophanes, suo tamen ipse quodammodo refellitur iudicio, qui in secunda editione non pauca, haud dubie quod ipse iam minus probaret, corrigenda censuerit. Idque non solum scholiastarum testimonio constare, sed patere etiam ex fragmentis, quae ex prima editione servata habemus, supra est demonstratum. Sed de hoc genere hodie iudicare non possumus: satis est, fuisse, quod quoniam mutandum esse visum est, reprehendendi occasionem praeberet

Alia vero sunt, de quibus recte possimus coniecturam facere, eaque duo potissimum, nisi fallor. Vnum positum est in ipso illo quo gloriatur invento duorum oratorum. Nam quum omnino in comoedia, tum maxime in tali qualis vetus illa Atheniensium fuit, ea praecipue et retinent animos spectatorum et oblectant, quibus certi homines notique omnibus perstringuntur, non autem, quum personae introducuntur, quae quasi simulacra sint vel universi cuiuspiam generis, vel rei persona aliqua indutae, nisi id sic fiat, ut aut ad ipsos attineat spectatores, quemadmodum alibi apud Aristophanem Populus, aut persona per se sit ridicula, ut Bellum, Tumultus, Pax. At iniustus ille orator quid aliud est, quam aliquis de grege sophistarum, communia habens cum illis omnia, proprium et peculiare nihil? quid autem iustus, nisi

de illis unus, qui in rigidis pristinae aetatis moribus consenuerunt? Et tamen ille iniustus orator, cuius caussa iustus est inventus, is est, in cuius arte ac disciplina quasi cardo totius fabulae vertitur. Quare minime mirum videtur, quod primas tulit Cratinus, ut qui in Pytina se ipse vinositatemque suam populo ridendam praebuerit, non ille solum in homine certo notoque ludens, sed, quod vel per se ridiculum est lepidissimeque inventum, in semet ipse tela coniiciens sua. Neque Amipsiam in Conno non certos potius homines, quam istiusmodi effigiem ex multorum moribus expressam in scenam produxisse credibile est, quum et nomen fabulae id prodere videatur, nec repugnet, quod ex Athenaei lib. V. p. 218. cognitum est, chorum in ea fabula fuisse φροντιστῶν, in quibus non fuerit Protagoras, ut qui tum non versaretur in urbe Athenarum. Cuius comoediae quum consimile argumentum ut Nubium fuisse videatur, eo aequius erat anteponi Amipsiam, si cavit sibi ab illo errore, in quem inciderat Aristophanes.

Alteram caussam, qua factum sit, ut ab utroque aemulo vinceretur Aristophanes, in Socratis persona positam esse credo. Erat ille quidem homo perridiculus, et qui plurimam carpendi materiam offerret: sed in ridendo ea maxima ars est, ut quantumvis omnia exaggerentur, tamen ingenium cuiusque et mores quam possit serventur accuratissime. Alioqui non hunc, sed alium falso nomine rideri censemus, illi autem, cuius nomen audimus, iniuriam fieri. Quo in genere quum aliis in fabulis eximius sit Aristophanes, ut in iis, in quibus Aeschylum, Euripidem, Agathonem in scena ostendit, non videtur pari arte in Socrate esse usus. Nam praeter oris figuram et habitum Socratis pleraque quae ei in Nubibus tribuuntur alieniora sunt, quam ut ad vivum expressam imaginem exhibeant. Illud quidem scite inventum est, quod, quoniam de rebus sublimibus meditari putaretur, ipse sublimis suspensus conspicitur: sed quae eum dicentem audimus, multum ab ea ratione, qua in colloquendo docendoque usum scimus, abhorrent. Quam enim vultu atque incessu prae se ferebat superbiam, eam apud Aristophanem etiam fastuose dictis prodit: neque interrogando insinuat placita sua, sed

docet praecipiendo. Et planum quidem est, cur id sic instituerit Aristophanes. Quoniam enim, si exacte imitaretur Socratem, multis verborum ambagibus opus fuisset: ne patientia abuteretur spectatorum, brevi complexus, ultro proferentem sua commenta fecit. Sed eo effectum est, ut illa, quoniam in alios magis philosophos et sophistas quam in Socratem quadrant, careant eo acumine, quod habitura erant, si propria essent Socratis. Illa igitur veritatis imitatione longe praestantiorem fuisse Pytinam Cratini, eo confidentius credere licet, quod is, quem omnium optime norat, semet ipsum, ea in fabula traduxit. Quod si eadem virtute etiam Amipsiae fabula conspicua fuit, ne huic quidem poetae iniuria posthabitus videtur Aristophanes. Ac certe quod ad Socratem attinet, si verum est, quod Menagium ad Diogenem Laertium II. 28. recte vidisse existimamus, in Conno scriptos fuisse versus illos, quos supra attulimus, verissimam ille Socratis exhibuit imaginem. Atqui quis dubitet, quin, si eodem die duae fabulae actae sunt, quarum in altera et sui simillimus prodiret Socrates, et rideretur iure, iure vero etiam laudaretur, in altera autem nec satis ad naturam expressa nec pari cum aequitate picta esse eius imago videretur, praeferri illa debuerit, quae et veritate imitationis et iudicii moderatione maiorem mereretur approbationem?

Reliquum est, ut ea exponam, de quibus, quoniam longioris disputationis sunt, quam ut in adnotationibus commode tractari potuerint, in praefatione me dicturum esse significavi.

Eorum unum est formula *τί μαθών*, cuius defensores qui facete risit in Coniectaneis p. 260. Reisigius, v. 339. adversis libris omnibus scripsit *τί μαθοῦσαι.* Plerique viri docti, et in iis Schaeferus ad Demosthenis p. 141, 20. F. A. Wolfii de ea locutione sententiam laudibus extollunt. Et tamen Wolfius more suo ambigue de ea nec satis distincte scripsit. Dixere de eo genere loquendi praeter me ad Viger. p. 729. Heindorfius ad Plat. Euthydem. p. 339. Boeckhius ad Min. et libb. priores de legg. p. 194. Iacobsius in Additam. ad Athen. p. 327. et ad Philostrati Imagg. p. 653. Elmsleius ad Acharn. 826. Creuzerus ad Nathanael. antitheticum adv. Plotin. p. 419. G. I. Bekkerus in Specim. var.

lectt. in Philostrat. p. 90. Dobraeus in Aristophanicis p. (69) Matthiae in gram. Gr. ed. sec. p. 1118. Buttmannus in ed. XIII. grammaticae p. 451. alii aliud defendentes, plerique Wolfium sequi tutissimum rati. Planum est *τί παθών*, et facilem explicatum habet. Lucianus dial. deor. XXII. 1. *εἶτα τί παθοῦσα ἐκείνη ἀντ' ἐμοῦ τράγῳ σε ὅμοιον ἔτεκε;* Aelianus V. H. XIV. 47. *ἤρετο οὖν τις αὐτὸν προσελθών, τί δὴ παθὼν οὕτω θαυμάζοι τὴν τέχνην.* Et, quo minus dubitari possit, Aristophanes Ach. 911.

N. ἐγὼ τοίνυν ὁδὶ
φαίνω πολέμια ταῦτα. B. τί δαὶ κακὸν παθὼν
ὀρναπετίοισι πόλεμον ἦρα καὶ μάχαν;

Quo loco minime probandum puto Elmsleii iudicium, qui *ταυταγὶ* scribendum, *κακὸν* autem ut additum ab interpolatore delendum esse censuit. Altera dicendi forma, *τί μαθών*, non solum plurimis in locis vel omnium, vel plerorumque vel optimorum librorum fide firmata est, sed commendatur etiam auctoritate quamvis male interpretantium grammaticorum, Photii et Hesychii, *τί μαθών, τί βουλόμενος.* Nam nec possunt verba illa hanc potestatem habere, et, si haberent, inepte loquutus esset Nicolaus apud Stobaeum XIV. 7.

τί γὰρ μαθών, ἄνθρωπε, πρὸς τῶν δαιμόνων
βούλει παρασιτεῖν;

Novam interpretationem invenit Schaeferus ad Demosthenis p. 1113, 5. ut *τί παθὼν* esset *τί σεσοφισμένος*, quae ut cum verbi natura conciliari possit, at non potest cum exemplis istius formulae. Buttmanno vis eius loquendi rationis haec esse visa est, ut significetur *de industria*. Hoc ita ferri posset, si, ut ipse putabat, quum *ὅτι μαθὼν* dicitur, coniunctio, non pronomen esset intelligendum. At primo aperte pronomen est in Philostr. V. Apoll. I. 28. p. 36. *ἤρετο αὐτὸν ὁ πρεσβύτατος, ὅ τι μαθὼν καταφρονήσειε τοῦ βασιλέως.* Illa autem exempla, quae Heindorfius ad Euthydemum attulit, quomodo explicanda sint, monstratum est ad Vigerii librum. Praeterea, si vera esset Buttmanni sententia, *τί* et *ὅτι* ad verbum, quod cum *μαθὼν* coniunctum est, non ad illud participium deberet referri. Atque afferat forsitan aliquis illud Demosthenis in oratione adv. Leptin. p. 495, 11. *ὅτι δ' οὐκ*

152. περιέφυσαν Περσικαί] Primum aptissime Περσικαί. sunt enim calcei muliebres, cavi, albi et tenues; quae omnia conveniunt calceis ψύλλης e cera: deinde περιέφυσαν apte exprimit habilitatem calceorum. Sic περίποδα s. περὶ πόδα ὑποδήματα sunt ἁρμόζοντα, Poll. VII. 84. ubi v. Intt. Ceterum simile huic loco et forte spectatum a poeta est Homeri Od. ξ. 477. σακέεσσι περιτρέφετο κρύσταλλος. ERN. Rav. καταψυγείσῃ. Περσικὰ pro vulgato Περσικαὶ e cod. Dorv. Reisigius, cuius vide praefationem p. 31. seq. Sic etiam Ven. Feminino duali, ut videtur, in Lys. 229. 230. Neutro genere, ut ὑποδήματα intelligantur, Hesychius, Photius. Sic etiam Pollux VII. 92. Περσικαὶ hoc ipso Nubium versu allato Suidas. Dixit de hoc genere vilis calceamenti Brissonius de regno Pers. p. 253. Male Pollux X. 168. ἐκ δὲ σκευῶν καὶ ἀναξυρίδες, καὶ σκελεαί, καὶ ποδίδες, καὶ Περσικαί, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν ταῖς Νεφέλαις τὰς ἀναξυρίδας ἔοικε καλεῖν.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ποῖον; ἀντιβολῶ, κάτειπέ μοι.

ΜΑΘΗΤΗΣ

ἀνήρετ' αὐτὸν Χαιρεφῶν ὁ Σφήττιος,
ὁπότερα τὴν γνώμην ἔχοι, τὰς ἐμπίδας
κατὰ τὸ στόμ' ᾄδειν, ἢ κατὰ τοὐῤῥοπύγιον.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

τί δῆτ' ἐκεῖνος εἶπε περὶ τῆς ἐμπίδος;

ΜΑΘΗΤΗΣ

ἔφασκεν εἶναι τοὔντερον τῆς ἐμπίδος
στενόν· διὰ λεπτοῦ δ' ὄντος αὐτοῦ τὴν πνοὴν
βίᾳ βαδίζειν εὐθὺ τοὐῤῥοπυγίου·
ἔπειτα κοῖλον πρὸς στενῷ προςκείμενον
τὸν πρωκτὸν ἠχεῖν ὑπὸ βίας τοῦ πνεύματος.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

σάλπιγξ ὁ πρωκτός ἐστιν ἄρα τῶν ἐμπίδων
ὢ τριςμακάριος τοῦ διεντερεύματος.
ἦ ῥᾳδίως φεύγων ἂν ἀποφύγοι δίκην
ὅςτις δίοιδε τοὔντερον τῆς ἐμπίδος.

ΜΑΘΗΤΗΣ

πρώην δέ γε γνώμην μεγάλην ἀφῃρέθη
ὑπ' ἀσκαλαβώτου.

---

158. ἔχοι] R. L. ἔχοι. ERN. Sic etiam Suidas v. ὁπότερος. Sed in MS. ex em. ἔχοι. Grammaticus in Bachmanni Anecd. II. p. 320, 30. ὅτι ἕτερον κώνωψ τῆς ἐμπίδος· καίτοι Ἀριστοφάνης ὁ κωμικός, φασί, ταυτὸν κώνωπας καὶ ἐμπίδας.

162. Plerique libri διαλέπτου, alii διαλεπτοῦ. Codd. Dorv. Ven. διὰ λεπτοῦ, quod iure probasse videtur Dobraeus. Certe διάλεπτος non aliunde notum.

163. εὐθὺ τοὐῤῥοπυγίου] *Recta versus* etc. v. Valk. ad Ammon. p. 90. et Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 437. ERN.

164. ἔπειτα etc.] Dukerus comma post προςκείμενον tollit, et κοῖλον refert ad πρωκτόν. Sic accipit et vertit Berglerus. ERN. Ita Dawesius quoque in Misc. crit. p. 126. et Brunckius: recte.

167. Elbing. et Bavar. Mut. b. et alius apud Dobraeum, item unus ante correctionem, τριςμακάριοι, non male.

169. Rav. διοῖδε.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.
τίνα τρόπον; κάτειπέ μοι.
ΜΑΘΗΤΗΣ
ζητοῦντος αὐτοῦ τῆς σελήνης τὰς ὁδοὺς
καὶ τὰς περιφοράς, εἶτ' ἄνω κεχηνότος
ἀπὸ τῆς ὀροφῆς νύκτωρ γαλεώτης κατέχεσεν.
ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ
ἥσθην γαλεώτῃ καταχέσαντι Σωκράτους.
ΜΑΘΗΤΗΣ
ἐχθὲς δέ γ' ἡμῖν δεῖπνον οὐκ ἦν ἑσπέρας.
ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ
εἶεν. τί οὖν πρὸς τἄλφιτ' ἐπαλαμήσατο;
ΜΑΘΗΤΗΣ
κατὰ τῆς τραπέζης καταπάσας λεπτὴν τέφραν,
κάμψας ὀβελίσκον, εἶτα διαβήτην λαβών,
ἐκ τῆς παλαίστρας θυμάτιον ὑφείλετο.

---

179. Rav. κάψας.
Διαβήτην pro adiectivo est: *τὸν ὀβελίσκον διαβήτην λαβών.* Ita in Avibus v. 1002. *τὸν κανόν' ἄνωθεν τουτονὶ τὸν καμπύλον ἐνθεὶς διαβήτην.* Hoc monendum videbatur, ne quis veru et circinum diversa instrumenta esse putaret: quod fecit Reisigius in Museo Rhenano ann. II. fasc. II. p. 205. cui cupidius sua defendenti accidit ut mechanices legum oblitus facilius extremum veruculi apicem, quam medium veruculum inflecti contenderet.

180. Iuvernizius ad hunc versum sic scribit: *in libro Rav. scriptum fuerat ἐκ τραπέζης, cuius deinde loco παλαίστρας substitutum est. Atque eius quidem libri grammaticus ad vocem τραπέζης suum commentarium facit.* Libri omnes *θοιμάτιον.* Articulum qui ferri non posse vidit, Brunckius ad Plut. 985. *ἱμάτιον* scribi iussit. Praeterea aliis offensionem fecit mensa in palaestra. Quin Reisigius in praef. p. 24 seqq. etiam furti insimulatione liberare Socratem studuit, de quo tamen Eupolis quoque: *Στησιχόρου πρὸς τὴν λύραν οἰνοχόην ἔκλεψεν.* Sed Reisigii explicatio huius loci vereor ut cuiusquam assensum tulisset, etiam si non esset refutata a Süvernio p. 14. seqq. Quamquam huic quoque idem quod mihi olim caeterisque interpretibus omnibus accidit, ut, quod vitio non animadverso necessarium erat, ad parum verisimilia confugeremus. Multa sunt in hoc loco, quae lectorem morentur: nomen male coniunctum cum articulo, ubi aliqua, non certa quaedam res significatur, *θοιμάτιον;* ipsum illud, quod vestem surripuisse dicitur Socrates: ad-

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

τί δῆτ' ἐκεῖνον τὸν Θαλῆν θαυμάζομεν;
ἄνοιγ', ἄνοιγ' ἀνύσας τὸ φροντιστήριον,
καὶ δεῖξον ὡς τάχιστά μοι τὸν Σωκράτην.
μαθητιῶ γάρ. ἀλλ' ἄνοιγε τὴν θύραν.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ. ΜΑΘΗΤΗΣ. ΑΛΛΟΙ ΜΑΘΗΤΑΙ. ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

Ὦ Ἡράκλεις, ταυτὶ ποδαπὰ τὰ θηρία;

ΜΑΘΗΤΗΣ

τί ἐθαύμασας; τῷ σοι δοκοῦσιν εἰκέναι;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

τοῖς ἐκ Πύλου ληφθεῖσι, τοῖς Λακωνικοῖς.

---

dendum erat enim etiam venditam vel oppigneratam esse, ut emeretur quo coenarent; tum mensa in palaestra; deinde cineres in mensa sparsi; porro unde sumptum sit quod pro circino esset veruculum; postremo, quod non apparet, quomodo circino circulum describens vestem furari Socrates potuerit. Haec omnia uno quasi ictu profligasse mihi videor, quum sublato vetusto mendo scripsi *θυμάτιον*. Esuriens cum esurientibus discipulis adstitit Socrates in palaestra ad mensam, in qua et hostia et quibus ad sacra opus est instrumenta iacebant. Ibi mensam conspersit cinere, cuius copia erat ex igne sacrorum caussa accenso, arreptoque veru, eoque in circini modum inflexo, circulum coepit describere, sic ut qui circumageretur circini pes hostiam corriperet secumque auferret. Sacrificatum autem esse in palaestris, satis constat vel ex his Platonis in Lyside p. 206. D. *καὶ ἅμα λαβὼν τὸν Κτήσιππον προςῄειν εἰς τὴν παλαίστραν· — εἰςελθόντες δὲ κατελάβομεν αὐτόθι τεθυκότας τε τοὺς παῖδας καὶ τὰ περὶ τὰ ἱερεῖα σχεδόν τι ἤδη πεποιημένα.* Hermaea illi agebant.

183. *Σωκράτη*] *Σωκράτην*, L. C. I. uterque. ERN. Id, ex Reizii etiam sententia, ut usitatius, reposuimus, firmatumque libris Rav. et Ven.

185. *ποδαπὰ*] Ib. *ποταπά*. ERN.

186. Brunckius *εἰκέναι* Atticum reposuit, pro *ἐοικέναι*, quod in libris est, etiam Ravennate.

187. *τῆς Λακωνικῆς*] Hoc reposuimus pro *τοῖς Λακωνικοῖς* e MS. R. re etiam et ratione postulante, ut docet Dukerus ad h. l.

ἀτὰρ τί ποτ' ἐς τὴν γῆν βλέπουσιν οὑτοιΐ;

ΜΑΘΗΤΗΣ

ζητοῦσιν οὗτοι τὰ κατὰ γῆς.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

βολβοὺς ἄρα
ζητοῦσι. μὴ νῦν τοῦτό γ' ἔτι φροντίζετε.
ἐγὼ γὰρ οἶδ' ἵν' εἰσὶ μεγάλοι καὶ καλοί.

Est Pylus Laconica, quae distinguitur ab alia urbe cognomine. ERN. Ita Reizius etiam volebat. At vero recte caeteri libri, τοῖς Λακωνικοῖς, quod non solum possessivum est, sed aeque de hominibus Lacedaemoniis dicitur, ac Λάκωνες, ut in Lysistr. 628. in Eccle- siaz. 356. in Pace 212. Res illa gesta biennio ante actas Nubes, Ol. LXXXVIII. 4. Vide Thucyd. IV. 29—38.

190. τοῦτό γε] Τοῦτ' ἔτι R. τούτου γε L. ERN. Etiam Brunckius τοῦτ' ἔτι, e codd. A. C. atque ita etiam MSS. Elbing. et Bavar. Ac sane melior haec lectio videtur, quo minus Schützii μή νυν probo, quod Reizio quoque placebat. Sed scribendum, ut Reisigius dedit, τοῦτό γ' ἔτι. Non enim recte Porsonus ad Hec. 1214. τουτογί, quia τοῦτο ad praegressa refertur, et non est monstrantis. Recepit tamen Wolfius. Ravennas τοῦτό γε φροντίζετε.

191. εἰσὶ μεγάλοι καὶ] R. εἰσὶν οὗτοι καὶ καλοί. ERN. Non est obscurum, haud apte mutari sententiam huius loci, coli signo post οἶδα posito, quod facere placuit Reisigio. Μεγάλοι καὶ καλοὶ propter unius libri dissensum mutare nolui, ut olim feceram. Sed quae ad defendendam illius libri scripturam tum attuli, non delenda duxi. Sunt autem haec. Vocabulum μεγάλοι etiam scholiasten ignorasse coniicias, qui nihil aliud, quam haec adnotaverit: ὡς ἀγροῖκος φησὶν εἰδέναι τῶν περὶ Σωκράτην ἀκριβέστερον, ἔνθα οἱ βολβοὶ φύονται. Ac μεγάλοι quidem nec vitio ullo laborat, et vere etiam ac docte dictum est. Etsi enim Athenaeus II. 23. ubi de bulbis agit, nihil de eorum magnitudine dicit, Plinius tamen, XIX. 30. *vetustiores*, inquit, *improbant; item parvos et longos: contra rubicundis rotundioribusque laus, et grandissimis.* Sed hic locus etiam hanc vim habere poterit, ut ad καλοὶ interpretationis caussa μεγάλοι adscriptum fuisse putemus, quum, qui essent optimi bulbi, aliquis indicare vellet. Quod si quis elegantiam et comicam virtutem utriusque lectionis diligenter expendat, vulgata facile superatur a scriptura codicis Regii. In vulgata enim nihil est, quod placere possit, praeter simplicitatem Strepsiadae: in altera lectione ad simplicitatem senis et maior vis orationis et facetior quidam comicae dictionis lepor accedit. Neque enim, ubi meliores bulbi inveniantur, scire se dicit, quod in vulgata lectione est: ex quo consequitur, aliquos tamen hic inveniri posse, ubi isti eos quaerant: sed, quo magis illos

τί γὰρ οἵδε δρῶσιν, οἱ σφόδρ' ἐγκεκυφότες;

ΜΑΘΗΤΗΣ

οὗτοι δ' ἐρεβοδιφῶσιν ὑπὸ τὸν Τάρταρον.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

τί δῆθ' ὁ πρωκτὸς ἐς τὸν οὐρανὸν βλέπει;

---

a quaerendis bulbis deterreat, ubi omnino inveniantur, scire se dicit, quo significat, nullos hic inventum iri. Deinde haec, ἐγὼ γὰρ οἶδ' ἵν' εἰσὶν οὗτοι, vel per se plus valent ad risum excitandum, quam vulgata lectio. Nam non solum simplicitatem, verum etiam rusticam et ineptam superbiam vocabulo οὗτοι prodit Strepsiades, qui hanc scilicet rem a tantis philosophis quaeri miratus, id nimirum se quoque scire laetatur. Quae stultitia hominis magis etiam ridetur, quum illa addit, καὶ καλοί: quibus verbis, duplicata sententia, non modo confirmat stuporem suum, sed auget etiam.

192. Brunckius edidit τί δ' ἄρ' οἵδε δρῶσιν, propterea quod γὰρ hic locum habere negat. At enim vero falluntur, qui γὰρ non putant in interrogatione poni posse, nisi ubi aut e praecedentibus aut e sequentibus verbis aliqua ratio erui possit, quare γὰρ significet *igitur*. Nam quaevis interrogatio ita est comparata, ut recte in ea γὰρ adhibeatur, quemadmodum Romani etiam *quisnam*, *ubinam*, vel *nam quis*, *nam ubi* dicunt. Sic apud Homerum Iliad. XVIII. 182.

Ἶρι θεά, τίς γάρ σε θεῶν ἐμοὶ ἄγγελον ἧκε;

Vbi nec praecedit quidquam, nec sequitur, quare γὰρ idem sit quod *igitur*. Nimirum in quavis interrogatione hoc potest intelligi, *incertus sum*, vel *miror*, vel *dic mihi*. Vnde quum ipsa sequitur interrogatio, recte γὰρ aut *nam* adhibetur, ut quo caussa indicetur et ratio, quare quis incertus sit, aut miretur, aut dici sibi aliquid velit. Ita hic, τί γὰρ οἵδε δρῶσιν, est stupentis novo aliorum discipulorum adspectu, rationemque reddentis, quare eos miretur. Similiter infra v. 201. pariter re nova conspecta,

πρὸς τῶν θεῶν, τί γὰρ τάδ' ἐστίν;

et v. 219. ubi nominari sibi iubet eum, de quo interrogat:

φέρε, τίς γὰρ οὗτος οὑπὶ τῆς κρεμάθρας ἀνήρ;

193. Οὗτοί γ' ἐρεβοδιφῶσιν Brunckius e tribus MSS. Regiis probante Porsono ad Hec. 1206. male. Distinguit δὲ hos ab illis qui dicti sunt v. 189. Servatum δ' in Rav. Post hunc versum Reisigius hos inseruit ex Diog. Laert. II. 18.

Εὐριπίδης δ' ὁ τὰς τραγῳδίας ποιῶν
τὰς περιλαλούσας οὗτός ἐστι τὰς σοφάς,

de quibus dixit in praefatione p. 20. seqq. Mutavit postea sententiam ita, ut iis locum assignaret ante v. 219. adiectis etiam aliis versibus, quos excidisse suspicatur. Neutrum facile persuadeat. Sed de his versibus vide praefationem nostram.

ΜΑΘΗΤΗΣ

αὐτὸς καθ' αὑτὸν ἀστρονομεῖν διδάσκεται.
ἀλλ' εἴσιθ', ἵνα μὴ 'κεῖνος ἡμῖν ἐπιτύχῃ.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

μήπω γε, μήπω γ'· ἀλλ' ἐπιμεινάντων, ἵνα
αὐτοῖσι κοινώσω τι πραγμάτιον ἐμόν.

ΜΑΘΗΤΗΣ

ἀλλ' οὐχ οἷόν τ' αὐτοῖσι πρὸς τὸν ἀέρα
ἔξω διατρίβειν πολὺν ἄγαν ἐστὶν χρόνον.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

πρὸς τῶν θεῶν, τί γὰρ τάδ' ἐστίν; εἰπέ μοι.

ΜΑΘΗΤΗΣ

ἀστρονομία μὲν αὑτηΐ.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

τουτὶ δὲ τί;

ΜΑΘΗΤΗΣ

γεωμετρία.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

τοῦτ' οὖν τί ἐστι χρήσιμον;

---

196. MS. Bavar. ὑμῖν ut Schützius coniecit. Scholiastes observat egressos esse aliquos discipulos, scilicet ut viderent istum novum advenam. Sed verisimilius est, hos ipsos, quos modo subterranea scrutantes vidit Strepsiades, in interius conclave se recipere iuberi. Eodem versu Reisigius e cod. Dorv. dedit περιτύχῃ, aptius id esse ratus pro ea quam esse putabat horum verborum differentia. Apud Dobraeum tantum valebat Porsoni auctortais, ἐπιτύχῃ ut propterea praeferret, quod περιτυγχάνειν quis rei, homini ἐπιτυγχάνειν diceretur. Confunduntur haec verba ab librariis, quae sic potius differre videntur, ut ἐπιτυγχάνειν dicatur, qui quaerit; περιτυγχάνειν, qui non quaerens in aliquid incidit. Rav. κεῖνο.

200. Pro eo, quod vulgo legebatur, πολὺν ἄγαν γ' ἐστὶ χρόνον, cum Brunckio scripsimus πολὺν ἄγαν ἐστὶν χρόνον, quod est etiam in MSS. Ravennate, Borgiano, aliisque. Ac γὲ etiam ab Ernestii L. abest. v. ad v. 197.

202. 203. Pertinet ad reprehendendum Socratem, qui studium geometriae et astronomiae commendabat suis. Xenoph. Mem. Socr. lib. IV. ERN. Rav. Ven. αὔτη.

203. Cod. Ven. cum articulo τὸ χρήσιμον, ut suspiceris id ad huiusmodi scripturam pertinere, τοῦδ' οὖν τί ἐστι τὸ χρήσιμον;

ΜΑΘΗΤΗΣ

γῆν ἀναμετρεῖσθαι.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

πότερα τὴν κληρουχικήν;

ΜΑΘΗΤΗΣ

οὐκ, ἀλλὰ τὴν σύμπασαν.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ἀστεῖον λέγεις.
τὸ γὰρ σόφισμα δημοτικὸν καὶ χρήσιμον.

ΜΑΘΗΤΗΣ

αὕτη δέ σοι γῆς περίοδος πάσης. ὁρᾷς;
αἵδε μὲν Ἀθῆναι.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

τί σὺ λέγεις; οὐ πείθομαι.
ἐπεὶ δικαστὰς οὐχ ὁρῶ καθημένους.

ΜΑΘΗΤΗΣ

ὡς τοῦτ' ἀληθῶς Ἀττικὸν τὸ χωρίον.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

καὶ ποῦ Κικυννῆς εἰσὶν οὑμοὶ δημόται;

---

204. γῆν ἀναμετρεῖσθαι] Ambiguitas est in verbo, quod significare potest *metiri* et *mensura dividere*, ut simplex μετρεῖσθαι, quod passive est *mensura accipere*. Hac ambiguitate captatur risus, et irridentur philosophi non populariter loquentes. ERN. Fallitur Ernestius, philosophos non populariter loquentes irrideri putans. Nam ἀναμετρεῖσθαι pro simplici μετρεῖν nequaquam proprium est philosophorum aut a populari sermone alienum. Ita Euripides in Ione v. 1271.

ἐν συμμάχοις γὰρ ἀνεμετρησάμην φρένας
τὰς σάς, ὅσον μοι πῆμα δυσμενής τ' ἔφυς.

et in Electra v. 52.

γνώμης πονηροῖς κανόσιν ἀναμετρούμενος
τὸ σῶφρον ἴστω.

Ad illa, πότερα τὴν κληρουχικήν, compara Bachmanni Anecdota vol. I. p. 279. 3.

205. Tenet vulgatum σύμπασαν Rav.

208. Videri potest αἱδὶ scribendum esse. Sed nihil mutandum. Leviter et veluti obiter monstrat Athenas: distincte mox Euboeam et Lacedaemonem: unde ibi ἡδὶ et αὑτηί.

211. Pro Κικυννεῖς recte Brunckius duce codice suo Atticam

ΜΑΘΗΤΗΣ

ἐνταῦθ' ἔνεισιν. ἡ δέ γ' Εὔβοι', ὡς ὁρᾷς,
ἡδὶ παρατέταται μακρὰ πόῤῥω πάνυ.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

οἶδ'· ὑπὸ γὰρ ἡμῶν παρετάθη καὶ Περικλέους.
ἀλλ' ἡ Λακεδαίμων ποῦ 'στίν;

ΜΑΘΗΤΗΣ

ὅπου 'στίν; αὑτηΐ.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ὡς ἐγγὺς ἡμῶν. τοῦτο μέγα φροντίζετε,
ταύτην ἀφ' ἡμῶν ἀπαγαγεῖν πόῤῥω πάνυ.

ΜΑΘΗΤΗΣ

ἀλλ' οὐχ οἷόν τε νὴ Δί'.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

οἰμώξεσθ' ἄρα.
φέρε, τίς γὰρ οὗτος οὑπὶ τῆς κρεμάθρας ἀνήρ;

---

formam reposuit. Rav. Κικυνεῖς, et οὑμοὶ pro vulgato οἱ 'μοί. Ven. Κικυννεῖς εἰσὶν οὑμοί.

213. Reizius e scholio ἤγουν ἰδοὺ coniecit alios olim, sed repugnante metro, ἠνὶ pro ἡδὶ legisse. Plenam distinctionem post ἡδί, a Brunckio in minorem mutatam, a me, ut Graeci sermonis consuetudo postulabat, plane sublatam, servarunt Wolfius et Reisigius.

214. ὑμῶν] Sic MSS. Edd. Ald. Flor. Paris. Basil. etc. Quaedam, quas nondum vidi, ἡμῶν. Illud servat Kusterus. Vellem explicasset. Intellige dictum ad populum, conversa repente oratione, non ad Socraticum. ERN. Brunckius recte dedit ἡμῶν e duobus MSS. Regiis et schol. MS. Sic etiam Rav. Editiones ita habent Lugdunensis et Amstelodamensis, ut Harlesius observat. De subacta Euboea v. Thucyd. I. 114.

215. ποῦ 'στιν] R. ποῦ 'σθ', quod non displicet. ERN. Id Bentleio quoque rotundius visum. Brunckius ποῦ 'στιν retinuit. Et sic Rav. in quo, ut in Veneto, est Λακεδαιμόνων.

216. πάνυ φροντίζετε] Ia. πάνυ μέγα φροντίζετε. Glossa τοῦ πάνυ irrepsit in textum. ERN. Etiam Brunckii B. πάνυ μέγα. Alii codd. in iisque Rav. πάνυ pro μέγα. Ven. πάλιν. Brunckius recte e Bentleii sententia μέγα edidit pro πάνυ, quod ex interpretatione natum, et praeterea satis invenustum est, quum statim sequatur πάνυ. Praetulit πάνυ Reisigius. Suidas: μέγα, ἀντὶ τοῦ μεγάλως. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· τοῦτο μέγα φροντίζετε.

ΜΑΘΗΤΗΣ

αὐτός.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

τίς αὐτός;

ΜΑΘΗΤΗΣ

Σωκράτης.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ὦ Σώκρατες.

ἴθ' οὗτος, ἀναβόησον αὐτόν μοι μέγα.

ΜΑΘΗΤΗΣ

αὐτὸς μὲν οὖν σὺ κάλεσον· οὐ γάρ μοι σχολή.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ. ΣΩΚΡΑΤΗΣ.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

Ὦ Σώκρατες,
ὦ Σωκρατίδιον.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

τί με καλεῖς, ὦ 'φήμερε;

---

220. ὦ Σώκρατες] Τὸ ὦ, quod MSS. nostri servant omnes, est insititium ad complendum versum. Nec est in edd. antiquis meis; estque alienum. Nam Strepsiades demum v. 223. alloquitur Socratem. Bentleius corrigit: τί; Σωκράτης; Cur autem non, ὁ Σωκράτης; ERN. Reizius probabat Bentleii correctionem. Nam sane Brunckius, qui e quattuor codicibus ὦ Σώκρατες edidit, magnopere fallitur in eo, quod haec verba non vocantis, sed admirantis esse putat. Admirantis foret ὢ, Σωκράτης. Nihilo tamen minus retinendam existimavi librorum MSS. lectionem, quae si recte intelligitur, egregiam in movendo risu vim habet. Etenim Strepsiades, Socratis nomine audito, pro ea, qua ardet, discendi cupiditate, illico hunc vocat. Socrates autem, superbi homo supercilii, et caelestia magis quam humana curans, animum non advertit, quid ἐφήμερος iste, quem dicit, strepat. Igitur Strepsiades, reverentia tactus, metuit, ne ipsi nefas sit illum vocare, ob eamque rem discipulum id facere iubet, et quidem μέγα, voce altiore. Hinc scholiastes: τῷ μαθητῇ λέγει ὁ Στρεψιάδης καὶ τοῦτο, οἷον, οὐκ ἤκουσέ μου, αὐτὸς σὺ βόησον. Qui videtur αὐτὸς pro αὐτὸν legisse.

222. Σὺ omittunt Ven. Mut. c.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

πρῶτον μέν, ὅ τι δρᾷς, ἀντιβολῶ, κατειπέ μοι.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ἔπειτ' ἀπὸ ταῤῥοῦ τοὺς θεοὺς ὑπερφρονεῖς,
ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῆς γῆς, εἴπερ;

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

οὐ γὰρ ἄν ποτε
ἐξεῦρον ὀρθῶς τὰ μετέωρα πράγματα,
εἰ μὴ κρεμάσας τὸ νόημα, καὶ τὴν φροντίδα
λεπτὴν καταμίξας ἐς τὸν ὅμοιον ἀέρα.
εἰ δ' ὢν χαμαὶ τἄνω κάτωθεν ἐσκόπουν,
οὐκ ἄν ποθ' εὗρον· οὐ γὰρ ἀλλ' ἡ γῆ βίᾳ
ἕλκει πρὸς αὑτὴν τὴν ἰκμάδα τῆς φροντίδος.

---

226. His ipsis verbis Socratem irridet Strepsiades v. 1507.

227. *Κἄπειτ'* est in Bachmanni Anecd. II. p. 108, 1. Cod. Ven. περιφρονεῖς.

230. Ven. κρεμάσαις.

231. *Τὸν ὅμοιον ἀέρα* pertinet ad opinionem Ionicorum de anima, quam inde ab Anaximene dicebant ἀεροειδῆ, auctore Plutarcho de Plac. Phil. IV. 3. ERN. Ed. Bekkeri εἰς, fortasse ex Rav.

232. εἰ δ' ἂν χαμαὶ] L. ὢν χαμαί. ERN. Cum Brunckio et reliquis ὢν edidimus. Nec memoratur e libris MSS. ἄν.

233. οὐ γὰρ ἀλλ'] C. οὐ γὰρ ἂν ἀλλ' salvo quidem versu, sed non e forma Attica. vid. Ran. 192. Eccl. 386. add. Bentl. ad Callim. fr. 92. et Iens. ad Lucian. T. I. p. 545. qui tamen fallitur divisim legendum cum putat. ERN. Fallitur ille eo tantum, quod pronunciari divisim putat: nam multo usu factum est ut haec verba sine interpunctione in unum coniungerentur: non fallitur in explicanda formula, quum putat ellipticam esse. Nam intelligitur ad οὐ γὰρ contrarium eius, quod est in verbo cum ἀλλὰ coniuncto. Vt exemplo ostendam: quod in Ranis legitur v. 498. φέρε δὴ ταχέως αὔτ'· οὐ γὰρ ἀλλὰ πειστέον, hanc vim habet: non enim non obediendum, sed obediendum est. Inde οὐ γὰρ ἀλλὰ est *nam profecto.* Potest aliquando etiam ex praecedentibus aliquid intelligi, ut infra v. 330. οὐ γάρ, μὰ Δί', ἀλλ' ἴσθ' ὅτι πλείστους αὗται βόσκουσι σοφιστάς, ubi οὐ γὰρ refertur ad μὰ Δί', ἀλλ' ὁμίχλην καὶ δρόσον αὐτὰς ἡγούμην καὶ καπνὸν εἶναι.

πάσχει δὲ ταὐτὸ τοῦτο καὶ τὰ κάρδαμα.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

τί φής;
ἡ φροντὶς ἕλκει τὴν ἰκμάδ' εἰς τὰ κάρδαμα;
ἴθι νῦν, κατάβηθ', ὦ Σωκρατίδιον, ὡς ἐμέ,
ἵνα μ' ἐκδιδάξῃς ὧνπερ οὕνεκ' ἐλήλυθα.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

ἦλθες δὲ κατὰ τί;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

βουλόμενος μαθεῖν λέγειν.
ὑπὸ γὰρ τόκων, χρήστων τε δυσκολωτάτων
ἄγομαι, φέρομαι, τὰ χρήματ' ἐνεχυράζομαι.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

πόθεν δ' ὑπόχρεως σαυτὸν ἔλαθες γενόμενος;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

νόσος μ' ἐπέτριψεν ἱππική, δεινὴ φαγεῖν.
ἀλλά με δίδαξον τὸν ἕτερον τοῖν σοῖν λόγοιν,
τὸν μηδὲν ἀποδιδόντα. μισθὸν δ', ὅντιν' ἂν
πράττῃ μ', ὀμοῦμαί σοι καταθήσειν τοὺς θεούς.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

ποίους θεοὺς ὀμεῖ σύ; πρῶτον γὰρ θεοὶ
ἡμῖν νόμισμ' οὐκ ἔστι.

---

238. ὡς ἐμὲ] De forma ὡς ἐμὲ v. ad Xenoph. M. S. II. 7. ERN. Perturbatos affert hos duo versus grammaticus adiectus a me libro de em. rat. Gr. gramm. p. 368. seq.

239. μ' ἐκδιδάξῃς] L. με διδάξῃς, ut v. 245. ERN. Ita etiam Ravennas et Borgianus, atque Elbing. et Bavar. Deinde unus cod. ap. Dobr. εἵνεκ'. Reisigius ἕνεκ'.

241. Pro δυσκολωτάτων exspectes adverbium. Sed librorum scripturam etiam Suidas, Harpocratio, Thomas M. habent in v. χρῆσται.

244. Rav. ἔτριψεν.

247. πράττῃ μ', ὀμοῦμαί σοι καταθήσειν] Sic et Thuc. I. 27. Demosth. c. Midiam p. 40. ed. Taylor. ERN.

248. Suidas v. νόμισμα habet πρῶτον μὲν γὰρ θεοί. Sed eius MS. apud Dobraeum πρῶτον γὰρ omittit. Cod. Aristophanis Dorv. θεόν. Reisigius ex coniectura, ut videtur, θεοῖς. Grammaticus a me editus cum libro de em. rat. Gr. gr. p. 384. iisdemque verbis

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

τῷ γὰρ ὄμνυτ'; ἢ
σιδαρέοισιν, ὥςπερ ἐν Βυζαντίῳ;

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

βούλει τὰ θεῖα πράγματ' εἰδέναι σαφῶς,
ἅττ' ἐστὶν ὀρθῶς;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

νὴ Δί', εἴπερ ἔστι γε.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

καὶ ξυγγενέσθαι ταῖς Νεφέλαισιν ἐς λόγους,
ταῖς ἡμετέραισι δαίμοσιν;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

μάλιστά γε.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

κάθιζε τοίνυν ἐπὶ τὸν ἱερὸν σκίμποδα.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ἰδού, κάθημαι.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

τουτονὶ τοίνυν λαβὲ
τὸν στέφανον.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ἐπὶ τί στέφανον; οἴμοι, Σώκρατες,
ὥςπερ με τὸν Ἀθάμανθ' ὅπως μὴ θύσετε.

Georgius Lecapenus in Matthaei Lectt. Mosq. ex Aristophane afferunt Βυζάντιοι σιδήρῳ νομίζουσιν.

249. τῷ γὰρ] Brunckius τῷ δ' ἄρ'. V. ad v. 192. De ferreis nummis Byzantiorum v. interpp. Pollucis ad IX. 78. Vocabantur illi hoc nomine σιδάρεοι. Ven. ὤμνυτε.

253. Ven. νεφέλαις et mox ἡμετέραις. Rav. νεφέλεσιν et ἡμετέρεσι. Reisigius ἐς λόγους, cuius vide Coniect. p. 252. Nec Bekkeri codd. videntur εἰς habere.

256. Ἰδοὺ κάθημαι. Haec verba affert grammaticus in Excerptis ex codd. MSS. apud Nanios asservatis p. 495. Pro λαβὲ Rav. βλέπε, idque ductu transverso deletum.

258. Ordo est ὅπως με μή, ὥςπερ τὸν Ἀθάμαντα, θύσετε. ERN. Ven. θύσητε.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

οὔκ, ἀλλὰ ταῦτα πάντα τοὺς τελουμένους
ἡμεῖς ποιοῦμεν.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

εἶτα δὴ τί κερδανῶ;

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

λέγειν γενήσει τρῖμμα, κρόταλον, παιπάλη.
ἀλλ' ἔχ' ἀτρέμει.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

μὰ τὸν Δί' οὐ ψεύσει γέ με·
καταπαττόμενος γὰρ παιπάλη γενήσομαι.

---

259. πάντα ταῦτα] L. ταῦτα πάντα. Vereor ne Aristophanes scripserit πάντας ταῦτα. Nam πάντα sane, meo sensu, hic friget. ERN. Ταῦτα πάντα etiam Rav. Ven. aliique libri. Ernestii coniectura sane peracuta est. Eademque et Reizii fuit, et Schützii sententia, qui id ipsum in versione expressit. Verum tamen nihil in vulgata lectione mutandum videtur. Nam non solum satis est, Socratem τοὺς τελουμένους ταῦτα ποιοῦμεν, respondere, sed egregia etiam vis ad deridendum philosophum in verbis ταῦτα πάντα inest. Spectant haec verba ad illa, quae ante commemoraverat, ἱερὸν σκίμποδα et στέφανον. Quibus quum deinde addit, haec omnia perpeti oportere eos, qui initientur, insigne quoddam momentum magnamque vim his nugis tribuit, quasi nulla earum sine magno detrimento omitti possit.

260. Rav. quem sequitur Bekkerus, ποοῦμεν, et sic fere ubique, quum prima syllaba brevis est. Quod semel dici satis duxi.

261. παιπάλη] Homer. Od. ο'. 418. Φοίνικες πολυπαίπαλοι. ubi Eustath. h. l. memorat. ERN. Quod scholiastes narrat, lapides conterere Socratem, eoque pulvere conspergere Strepsiadem, vereor ne ille ex mala interpretatione verborum τρῖμμα et παιπάλη confinxerit, quae verba apertum est, hic metaphorice dicta esse. Nam coronae eam vim esse significat Socrates, ut dicendi artificiis imbuat eum, cui imponatur. Quam ut capiti aptet, illud dicit, ἀλλ' ἔχ' ἀτρέμας. Sed, ut in vili illa et sordida domo, corona multo plena est pulvere, quo, dum ea imponitur Strepsiadae, excusso, hic ait, μὰ τὸν Δί', οὐ ψεύσει γέ με.

262. Vulgo ἀτρέμας. Raram formam ἀτρεμί Bekkerus ex codice Rav. reposuit. Eam ἀτρεμεὶ scripsi ex grammaticorum sententia: v. Herodiani Ἐπιμερισμ. p. 255. Theodosii grammat. p. 75, 4. Favorini Excerpta p. 103, 35.

264. Rav. Ven. ἐπακούειν, male. v. Heindorf. ad Plat. Gorg. §. 93. p. 137.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

εὐφημεῖν χρὴ τὸν πρεσβύτην, καὶ τῆς εὐχῆς ὑπακούειν.
ὦ δέσποτ' ἄναξ, ἀμέτρητ' Ἀήρ, ὃς ἔχεις τὴν γῆν μετέωρον,
λαμπρός τ' Αἰθήρ, σεμναί τε θεαί, Νεφέλαι βροντησικέραυνοι,
ἄρθητε, φάνητ', ὦ δέσποιναι, τῷ φροντιστῇ μετέωροι.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

μήπω, μήπω γε, πρὶν ἂν τουτὶ πτύξωμαι, μὴ καταβρεχθῶ.
τὸ δὲ μηδὲ κυνῆν οἴκοθεν ἐλθεῖν ἐμὲ τὸν δύστηνον ἔχοντα.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

ἔλθετε δῆτ', ὦ πολυτίμητοι Νεφέλαι, τῷδ' εἰς ἐπίδειξιν,

---

268. καταβρεχθῶ] L. καταβραχθῶ. de verbo v. Thom. M. ERN. Rav. μήπω γε μήπω γε et πτύξομαι et καταβραχῶ cum aliis codd.

269. τὸ δὲ μὴ κυνῆν] Forma τὸ δὲ μὴ inf. rursus occurrit, Ran. 741. etc. De ea vid. Eustath. ad Odyss. p. 1542. qui interpretatur, ὡς κακόδαιμόν ἐστί μοι τό. ERN. Ne pileum quidem, inquit, me attulisse. Id nimirum, puta, male factum.

μὴ κυνῆν] MS. Vat. Vrb. habet μηδὲ κυνῆν, quod Kusterus probat, ob metrum, cui sic consulitur. Sed μηδὲ friget: nam simplex negatio requiritur. Et omnes grammatici veteres commemorant h. l. sic ut sit μὴ κυνῆν. Rectius Bentleius μὴ κυνέην. Sic recitat locum Salmas. ad Tertull. p. 400. et favet MS. Coisl. ERN. Grammatici, qui hunc locum commemorant, exiguae auctoritatis sunt, scholiastes Aristophanis ad Plutum v. 469. ad Vespas v. 443. ad Aves v. 7. et Eustathius ad Od. V. p. 1542. l. 42. qui adeo neglexit numeros, ut pro κακοδαίμονα, quod scholiastae tamen isti habent, ταπεινὸν scribere non dubitaret. Μηδὲ tantum abest, ut frigeat, ut dictum sit elegantius. Nam quis nescit, quum repente in aliquod discrimen incidimus, ita rerum omnium rationem commutatam videri, quasi, quae eventura essent, praevideri potuissent. Sic deinde quum alia nos neglexisse, tum ne hoc aut illud quidem curasse conquerimur. Ita hic Strepsiades, quasi aliquid tamen in hunc casum afferendum fuerit, pessime, inquit, factum, quod ne pileum quidem mecum atttuli.

κακοδαίμον'] MS. Vat. Eust. l. c. ταπεινὸν male. ERN. Κακοδαίμονα non minus ex interpretatione natum, quam ταπεινὸν Eustathii. Quare e libro Vrbinate δύστηνον reposui, cui accedit unus Mutinensium quos Bekkerus contulit.

εἴτ' ἐπ' Ὀλύμπου κορυφαῖς ἱεραῖς χιονοβλήτοισι κάθησθε,
εἴτ' Ὠκεανοῦ πατρὸς ἐν κήποις ἱερὸν χορὸν ἵστατε νύμφαις,
εἴτ' ἄρα Νείλου προχοαῖς ὑδάτων χρυσέαις ἀρύτεσθε πρόχοισιν,
ἢ Μαιῶτιν λίμνην ἔχετ', ἢ σκόπελον νιφόεντα Μίμαντος·
ἐπακούσατε, δεξάμεναι θυσίαν, καὶ τοῖς ἱεροῖσι χαρεῖσαι.

---

271. Ven. omittit ἱεραῖς.

272. χορὸν ἵστατε] v. Kust. ad Plut. 761. ubi docet esse *saltare in orbem*. ERN. Porsonus apud Dobraeum scribendum iudicavit ἱερὸν χορὸν ἵστατε, νύμφαι. Videtur haec appellatio paullo languidior esse, ut, si νύμφαι scripserit Aristophanes, malis id eum nulla ante posita distinctione dixisse, ut esset νύμφαι οὖσαι, quo significaret, quae Oceani filíae nymphae perhiberentur, ipsas esse Nubes. Sed nihil videtur esse, cur librorum scripturam omnium mutemus, modo ne νύμφαις, quod est in gratiam et honorem nympharum, quae sunt in hortis patris Oceani, pro σὺν νύμφαις dictum putetur.

273. προχοαῖς] Ven. προχοάς.

χρυσέοις ἀρύεσθε πρόχουσιν] Primo Bentleius vult scribi χρυσοῖς. Saltem contracte legendum, etsi non necesse sit scribi, quamquam magis Atticum. Sed Thomas M. habet χρυσέαις, quod firmant MSS. nostri R. L. et loca de verbo πρόχουσι allata omnia habent femininum. ERN. Tres Codd. Reg. Brunckii et Ven. χρυσέαις, Ravennas χρύσαις. Brunckius Ionicam formam, χρυσέῃς, posuit ex Thoma Magistro in χοή.

ἀρύεσθε] Suid. ἀρύτεσθε, quod, ut magis Atticum, probat Bentleius. ERN. Hoc recepimus cum Brunckio, restitutum iam a Koenio ad Gregor. Cor. p. 29. Libri MSS. omnes ἀρύεσθε. Vide Porson. ad Phoen. 463.

πρόχουσιν] R. πρόχοις. I. L. πρόχοισιν. ERN. Vnus Regiorum Brunckii προχόησιν. Ravennas, Venetus, Borgianus προχόοισιν. Brunckius cum plerisque edd. πρόχουσιν reliquit, formam dativi inauditam. Itaque πρόχοισιν restituimus. Vide ad Eurip, Ion. 449.

275. Huic versiculo stellam addidit Caninius. Vir doctus in exemplo meo Canin. adscripsit ὑπακούσατε. Sic MS. R. ERN. Ravennas οὐπακουσατε. Ven. ὑπακούσατε.

χαρεῖσαι] MSS. R. L. φανεῖσαι: quam lectionem etiam memorant scholia. ERN. Φανεῖσαι etiam in uno Regiorum Brunckii est, cum glossa, παραγενόμεναι. Ven. ἱεροῖς φανεῖσαι. Illud φανεῖσαι, quod in aliquot codd. invenitur, pertinet ad hanc scripturam, τοῖς

ΧΟΡΟΣ ΝΕΦΕΛΩΝ. ΣΩΚΡΑΤΗΣ. ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ΧΟΡΟΣ

Ἀέναοι νεφέλαι, στροφή.
ἀρθῶμεν, φανεραὶ δροσερὰν φύσιν
εὐάγητον,
πατρὸς ἀπ' Ὠκεανοῦ βαρυαχέος
ὑψηλῶν ὀρέων κορυφὰς ἐπὶ
δενδροκόμους, ἵνα
τηλεφανεῖς σκοπιὰς ἀφορώμεθα,
καρποὺς ἀρδομέναν θ' ἱερὰν χθόνα,
καὶ ποταμῶν ζαθέων κελαδήματα,
καὶ πόντον κελάδοντα βαρύβρομον.

ἱερεῦσι φανεῖσαι, quod apertum est ex Cant. 3. in quo scriptum ἱερεῖσι φανεῖσαι, cum interpretatione ὑπηρέταις. Sic Nubes v. 357. Socratem compellant, σύ τε, σεμνοτάτων λήρων ἱερεῦ.

276. ἀέναοι] R. Ia. ἀένναοι. male. ERN. Vide ad Eurip. Ion. 117.

278. εὐάγητον] Bentleius malebat εὐάγητοι vel εὐγάθητοι, L. Bos εὐάχητον, quo verbo utitur Eurip. Hippol. 1272. vel εὐάχητοι pro εὐήχητοι. Sed et Toup. Em. ad Suid. p. 305. εὐάγητοι praefert et comparat Iudae v. 12. ERN. Ego quidem non video, quare ab librorum lectione recedendum sit. Nam verba sic iungenda sunt, φανεραὶ δροσερὰν φύσιν εὐάγητον, quod quare fieri posse Bentleius neget, nullo pacto intelligo. Immo sic toti loco consulitur. Nam quid hoc est, ἀρθῶμεν φανεραί? Quorsum φανεραὶ addidit? Quo nihil profecto potest fingi languidius. Id enim per se intelligitur. De ipsa voce εὐάγητος eique cognatis vocabulis disseruit Hemsterhusius apud Musgravium in Lectt. Eurip. II. 6. sive in adnotationibus eius ad Suppl. 654. Dein nuper Elmsleius ad Eur. Bacch. 660. qui εὐάγητον idem quod λαμπρὸν esse putat. Mihi flexibilem potius et mobilem significare videtur: de qua re alio loco dicam.

279. βαρυαχέος] MS. L. et Suid. βαρυηχέος. ERN. Sic etiam Ven.

283. Vulgo legebatur, καρπούς τ' ἀρδομέναν θ' ἱερὰν χθόνα, quod miror Wolfio placuisse. Brunckius, quod in membr. copula post ἀρδομέναν non inveniretur, ita edidit: καρπούς τ' ἀλδομέναν ἱερὰν χθόνα. Cod. Bavar. χθόνα θ' ἱεράν. Ἀρδομέναν tamen non debebat mutari. Id enim interdum simpliciter nutrire significat, ut apud Pindarum Ol. V, 53. ὑγίεντα δ' εἴ τις ὄλβον ἄρδει, ubi apte

ὄμμα γὰρ αἰθέρος ἀκάματον σελαγεῖται
μαρμαρέαις ἐν αὐγαῖς.
ἀλλ' ἀποσεισάμεναι νέφος ὄμβριον
ἀθανάτας ἰδέας, ἐπιδώμεθα
τηλεσκόπῳ ὄμματι γαῖαν.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

ὦ μέγα σεμναὶ Νεφέλαι, φανερῶς ἠκούσατέ μου καλέσαντος.
ἤσθου φωνῆς ἅμα καὶ βροντῆς μυκησαμένης θεοσέπτου;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

καὶ σέβομαί γ', ὦ πολυτίμητοι, καὶ βούλομαι ἀνταποπαρδεῖν
πρὸς τὰς βροντάς· οὕτως αὐτὰς τετρεμαίνω καὶ πεφόβημαι

---

commemoravit Heynius interpretes ad Eurip. Suppl. 207. Copulae sedes quum variet in libris, utrique in plerisque vocabulo adiecta, veri simillimum est post secundam vocem a poeta positam esse. Et sic dedit Reisigius. Rav. ἀρδομένην.

286. Nubium variae et commutabiles figurae quoniam tum demum maxime conspicuae sunt, quum pars caeli serena est, solem fulgere dicit chorus, iubetque ἀποσείσασθαι νέφος ὄμβριον, nubilam speciem, qua totum quum obductum est caelum, nullae distingui formae nubium possunt.

287. ἐν omittunt MS. L. Suid. male. ERN. Vulgo contra metrum μαρμαρέαισιν ἐν αὐγαῖς. Brunckius codicis B. quocum Venetus consentit, auctoritate ἐν delevit. Atque unus Regiorum, μαρμαρίῃσιν αὐγαῖς, unde formam Ionicam, μαρμαρέῃσιν, duci posse putat. Nos e duobus MSS. Regiis et Ravennate ac Borgiano μαρμαρέαις ἐν αὐγαῖς scribendum duximus, quae doctior lectio est.

288. νέφος ὄμβριον] L. Ia. ὄμβριμον νέφος. ERN.

289. Quid hoc est: ἀθανάταις ἰδέαις ἐπιδώμεθα τηλεσκόπῳ ὄμματι γαῖαν? In scholiis commemoratur alia lectio, ἀθανάτης ἰδέας, ut haec verba cum praecedentibus coniungenda sint. Idque etiam Reizio placebat, ac merito. Quin clare liber Ravennas ἀθανάτας ἰδέας exhibet. Ἰδέα de specie corporis dictum in Pluto v. 559. et a Pindaro Olymp. X. 122.

ἐπιδώμεθα] Sic dixit ἐπιδεῖν Lysias c. Poliuchum p. 321. ERN.

290. Vt in grandioris spiritus carmine, systema terminatur versu contrarii generis, ut mos est tragoediae.

291. καλέσαντος] Del. L. I. ERN.

293. Omissum γ' in Ven.

294. Ven. οὕτως γὰρ αὐτὰς τετραμμαίνω.

κεὶ θέμις ἐστὶν, νυνὶ γ' ἤδη, κεὶ μὴ θέμις ἐστὶ, χεσείω.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

οὐ μὴ σκώψεις, μηδὲ ποιήσεις ἅπερ οἱ τρυγοδαίμονες οὗτοι.
ἀλλ' εὐφήμει· μέγα γάρ τι θεῶν κινεῖται σμῆνος ἀοιδαῖς.

ΧΟΡΟΣ

παρθένοι ὀμβροφόροι, ἀντιστρ.
ἔλθωμεν λιπαρὰν χθόνα Παλλάδος,
εὔανδρον γᾶν
Κέκροπος ὀψόμεναι πολυήρατον,
οὗ σέβας ἀῤῥήτων ἱερῶν, ἵνα
μυστοδόκος δόμος
ἐν τελεταῖς ἁγίαις ἀναδείκνυται,
οὐρανίοις τε θεοῖς δωρήματα,
ναοί θ' ὑψερεφεῖς καὶ ἀγάλματα,
καὶ πρόςοδοι μακάρων ἱερώταται,
εὐστέφανοι τε θεῶν θυσίαι θαλίαι τε
παντοδαπαῖς ἐν ὥραις,
ἦρί τ' ἐπερχομένῳ Βρομία χάρις,

---

295. νυνὶ] Ib. νῦν, et delet ἐστὶ, male. ERN. Rav. ἐστί νυνί γ'. Dobraeus de suis codd. obscurius scribit: „νῦν ἤδη 3. κεὶ θέμις ἐστι χ. pro versu 4. Ita 6. κεὶ θ. ἐστὶ χ. νυνί γ' ἤδη κεὶ μὴ θ.“ Vereor ne aliquid turbatum sit in hoc versu. Languidius enim dictum νυνί γ' ἤδη, quum vel νῦν solum vel ἤδη satis esset. Apte diceretur νυνί γ' ὅτε δή. Vide ad Soph. Ai. 789.

296. Pro σκώψης et ποιήσης, quod libri habent, nominatim Ven. cum Brunckio e Dawesii observatione σκώψεις et ποιήσεις scripsi. Elmsleius ad Ach. 278. scribi voluit σκώψει. Sic Ach. 854. σκώψεται. Neque alibi habet futurum Aristophanes. Tum cod. Borg. ποιήσεις γ', quod defendi potest, ut sit *neque adeo facies.* Pro μηδὲ Ven. et Mut. primus οὐδέ.

299. 300. Ἐς addit R. v. 299. ἐςέλθωμεν, et v. 300. χθόνα ἐς, per glossam. ERN. Borgianus εὐχθόνα, Ravennas ἐς χθόνα, in quo verba Παλλάδος, εὔανδρον γᾶν, omissa sunt. Atque ἐς χθόνα etiam Venetus et aliquot alii libri.

306. Rav. ὑψηρεφεῖς.

307. Rav. Ven. πρόδομοι.

309. παντοδαπαῖς R. male. ERN. Ita etiam Rav. et quattuor Regii, quos Brunckius contulit. Vulgo παντοδαπαῖσιν.

εὐκελάδων τε χορῶν ἐρεθίσματα,
καὶ Μοῦσα βαρύβρομος αὐλῶν.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

πρὸς τοῦ Διὸς ἀντιβολῶ σε, φράσον, τίνες εἴσ', ὦ Σώκρατες, αὗται
αἱ φθεγξάμεναι τοῦτο τὸ σεμνόν; μῶν ἡρῷναί τινες εἰσίν;

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

ἥκιστ', ἀλλ' οὐράνιαι Νεφέλαι, μεγάλαι θεαὶ ἀνδράσιν ἀργοῖς·
αἵπερ γνώμην, καὶ διάλεξιν, καὶ νοῦν ἡμῖν παρέχουσιν,
καὶ τερατείαν, καὶ περίλεξιν, καὶ κροῦσιν, καὶ κατάληψιν.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ταῦτ' ἄρ' ἀκούσασ' αὐτῶν τὸ φθέγμ' ἡ ψυχή μου πεπότηται,

---

311. εὐκελάδων] Spectant haec ad choros fabularum scenicarum.

312. Μοῦσα βαρύβρομος αὐλῶν] *Gravem sonum edentes tibiae.* v. Salm. ad Vopisci Carin. ERN.

316. παρέχουσιν] Arbitror ν delendum. ERN. Id fecit Brunckius. Nobis aliter videtur. Nam etsi ultima horum versuum syllaba numeri lege brevis est, tamen ad id ipsum inventa est κατάληξις, ut debilitatis numeri viribus vox requiescat. Cui rei bene consulitur augenda in pronunciatione syllabae mora. Hoc semel dixisse satis est, ne idem repeti necesse sit, quoties in hoc genere nostra recensio a Brunckii atque aliorum consuetudine discrepat.

317. Κροῦσιν et κατάληψιν quid dicat, ipse optime declarat Aristophanes in Eq. 1379. ubi eiusmodi sophista vocatur κρουστικός, καταληπτικός τ' ἄριστα τοῦ θορυβητικοῦ. Scholiastes ibi: κρουστικός· τὰ ὦτα τῶν ἀκροωμένων κρούων τῇ σφοδρότητι τῶν λόγων. καταληπτικός· προκαταλαμβανόμενος τοὺς ἀκούοντας ὥςτε θόρυβον μὴ κινῆσαι. In postremis, quae etiam apud Suidam leguntur, poterat interpres μὴ omittere. Nam θορυβεῖν quum assentientes applaudentesque dici soleant, is significari potest, qui dicendo ita corripiat et retineat audientes, ut plausu et clamoribus admirationem suam testententur.

318. τοῦτ'] MSS. R. L. edd. vett. ταῦτ'. Et sic cum Berglero reposuimus. Intell. *propterea.* male retulere ad φθέγμα. ERN. Ταῦτ' etiam Brunckius volebat e quattuor codd. quibus accedunt Rav. Ven. aliique.

πεπότηται] Arbitror, *gestit cupiditate.* ERN. Immo *commovetur.*

καὶ λεπτολογεῖν ἤδη ζητεῖ, καὶ περὶ καπνοῦ στενολεσχεῖν,
καὶ γνωμιδίῳ γνώμην νύξασ' ἑτέρῳ λόγῳ ἀντιλογῆσαι·
ὥστ', εἴπως ἔστιν, ἰδεῖν αὐτὰς ἤδη φανερῶς ἐπιθυμῶ.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

βλέπε νυν δευρὶ πρὸς τὴν Πάρνηθ'. ἤδη γὰρ ὁρῶ κατιούσας
ἥσυχα ταύτας.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

φέρε, ποῦ; δεῖξον.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

χωροῦσ' αὗται πάνυ πολλαὶ
διὰ τῶν κοίλων καὶ τῶν δασέων, αὗται πλάγιαι.

---

319. E productione primae in καπνοῦ Porsonus in praef. ad Hec. p. 56. et in adnot. ad Med. 1314. colligebat, haec esse Euripidis verba, non lyrici alicuius, ut Reisigius in Coni. p. 161. refert. Si verum est, quod suspicabatur Porsonus, neque ridendae vanae grandiloquentiae caussa numeros tragicos consectatus est poeta, non in tragoedia, sed in fabula satyrica tale quid scribere potuit Euripides. Sed rectius de hoc genere statuit Reisigius.

320. γνωμιδίῳ γνώμην νύξασ'] Intelligi potest de illis Stoicorum consectariis: *si longus, levis; si gravis, brevis.* item, εἰ καλήν, ἕξεις κοινήν, ἢν αἰσχράν, ἕξεις ποινήν. respondet sententiolis alter similibus, εἰ καλήν, οὐχ ἕξω κοινήν, ἢν αἰσχράν, οὐχ ἕξω κοινήν. ERN. Pro νύξασ' in codd. Elbing. et Bav. μίξασ' est.

322. Vereor ne non sit verum, quod Welckerus p. 138. dixit, ex machinis descendisse Nubes in latere scenae. Fingit haec Aristophanes, nec videntur illae ante conspici, quam quum per aditum, unde chorum venire usitatum erat, in orchestram prodeunt. Monuit Porsonus in praef. ad Hec. p. 54.

323. ἥσυχ' αὐτάς] MS. R. ἥσυχος, I. ἡσύχως, male. At C. et ed. Ven. ἥσυχα ταύτης sc. Πάρνηθος, quod praefert Dukerus: et sic versus bene constat. ERN. Ἥσυχος et ἡσύχως αὐτὰς etiam in membranis a Brunckio collatis: postremum Ravennas quoque et Borgianus ac Venetus aliique habent. Sed recte Brunckius ex suo cod. et primariis edd. ἥσυχα ταύτας reposuit. Dindorfius edidit ἡσυχῇ αὐτάς, quam Elmsleii coniecturam esse coniicias ex iis, quae ille in addendis ad Eur. Heracl. 7. dixit. Minus hoc suave ad sonum.

324. Brunckius, non monito lectore, verba Socratis sine ulla interpunctione continuavit, et pro αὗται πλάγιαι scripsit αὐταὶ πλάγιαι. Si αὐταὶ requiri putabat, id non hic, sed in superiore versu, χωροῦσ'

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

τί τὸ χρῆμα;

ὡς οὐ καθορῶ. 325

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

παρὰ τὴν εἴςοδον.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ἤδη νυνὶ μόλις οὕτως.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

νῦν γέ τοι ἤδη καθορᾷς αὐτάς, εἰ μὴ λημᾷς κολοκύνταις.

αὐταί, reponendum erat. At multo elegantius caeteri αὗται utrubique legunt. De distinctione autem post χωροῦσι iam scholiastes monuit. Reisigio tamen visum ita distinguere, χωροῦσ' αὗται, πάνυ πολλαί.

325. Caninius stellam praefixit huic versui, ut vitioso. Nam metrum non constat. Dukerus bene coniiciebat, post ἤδη, καὶ vel γὰρ excidisse, sed καὶ plane habent MSS. Vat. et Reg. Sed iidem pro ὁρῶ etiam ἀθρῶ, quod praefero cum Berglero, qui recepit. Nam quod Bentleius ait, comicis ἀθρεῖν non esse usitatum, fallitur. Occurrit apud nostrum in hac ipsa fabula v. 728. ERN. Pro παρὰ Ven. πρός. Non audiendi Bentleius et Dawesius: quorum Bentleius, summus alioqui criticus, sed nullius auctoritatis in Aristophane, ad quem minime imbutus Attici sermonis cognitione accessit, ἤδη νυνὶ μόλις ἑώρων corrigebat. Dawesii autem temeritas ἤδη νῦν μόλις ὁρῶ αὐτὰς excogitavit. Vulgo, ἤδη νῦν μόλις ὁρῶ. Atque ita etiam Borgianus, et unus Regiorum Brunckii, et Venetus aliique, nisi quod Venetus et plerique νυνὶ habent. Ravennas, ἤδη νῦν ὡς μόλις αὐτάς. Εἴςοδον libri omnes. Brunckius e coniectura: παρὰ τὴν ἔςοδον. διαθρῶ νυνὶ μόλις ἤδη. Id refutavit Porsonus in praef. ad Hec. p. 53. qui recte quidem iudicans antiquum hic vitium latere, audaciorem proposuit coniecturam: νυνὶ μάλ' ἀθρῶν βλέπε πρὸς τὴν εἴςοδον ἤδη. νῦν γέ τοι ἤδη καθορᾷς αὐτάς. Sed ut hoc vix erit qui probet, ita non magis persuadebit Reisigius verum esse, quod dedit, ἤδη καθορῶ μόλις αὐτάς, dubitans ille an non dicatur ἤδη νῦν. Vide eum in praef. p. 33. et in Coniect. p. 157. At νῦν ἤδη est *nunc iam*, ἤδη νῦν *iam tandem*. Aeschylus Agam. 1587. φαίην ἂν ἤδη νῦν βροτῶν τιμαόρους θεοὺς ἄνωθεν γῆς ἐποπτεύειν ἄχη. Dindorfius et Bekkerus ediderunt, ἤδη νυνὶ μόλις οὕτως, quae est libri Rav. scriptura, nisi quod is νῦν habet. Id est: *iam tandem sic paullum video.*

326. κολοκύνταις] MS. Arundel. κολοκύντας, quod et ipsum rectum. Sed vulgatum firmat App. Vat. C. I. n. 36. ERN. Vide schol. Hesiod. Ἔργ. 280. et schol. Aristid. Frommelii p. 344. Νῦν γέ τοι omittit Rav.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

νὴ Δί' ἔγωγ', ὦ πολυτίμητοι· πάντα γὰρ ἤδη κατέχουσιν.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

ταύτας μέντοι σὺ θεὰς οὔσας οὐκ ᾔδης, οὐδ' ἐνόμιζες.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

μὰ Δί', ἀλλ' ὁμίχλην καὶ δρόσον αὐτὰς ἡγούμην καὶ καπνὸν εἶναι.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

οὐ γάρ, μὰ Δί', ἀλλ' ἴσθ' ὅτι πλείστους αὗται βόσκουσι σοφιστάς·
Θουριομάντεις, ἰατροτέχνας, σφραγιδονυχαργοκομήτας,
κυκλίων τε χορῶν ᾀσματοκάμπτας, ἄνδρας μετεωροφένακας

---

328. Brunckius e suo cod. pro ᾔδεις reposuit Atticam formam ᾔδης, delevitque cum edd. vett. signum interrogandi in fine versus, quod revocavit Reisigius. *Μέντοι* est *nimirum*.

329. σκιὰν] L. Ia. καπνόν. ERN. Est hoc etiam in Brunckii duobus Regiis, qui id ineptae coniecturae Dawesii δάσκιον pro καὶ σκιὰν praetulit. Ravennas et Borg. vulgatum σκιὰν habent. Proverbium καπνὸν εἶναι ἡγούμην Suidas memorat in v. ἀμενηνὸς et καπνοῦ σκιά.

330. Memorabilis lectio unius Regiorum, cui duo alii codd. accedunt, οὐ γάρ, μὰ Δί', ἀλλ' ἴσθ' ὅτι, cum glossa, γίνωσκε. Praefert tamen Brunckius vulgatam. Mihi aliter videtur. Nam non solum doctior longe haec lectio est, quam vulgata, οὐ γὰρ μὰ Δί', οἶσθ' ὁτιή, quae inde orta est, quod, quum ἀλλὰ excidisset, metri caussa οἶσθ' ὁτιὴ scribendum erat: sed maior etiam in ea vis atque elegantia inest. Quantumvis enim imperiti Strepsiadae contemptum voce et gestu Socrates exprimat, quum haec dicit, οὐ γάρ, μὰ Δί', οἶσθ' ὁτιή, hoc solum tamen significat, Strepsiaden, ut hominem rusticum, ea ignorare, quae sapientibus scilicet nota sint. Atqui quod deinde addit, non est eiusmodi, ut id sciant doctiores, sed plane inauditum est. Quod si dicit, οὐ γάρ, μὰ Δί', ἀλλ' ἴσθ' ὅτι, praeter miserationem imperiti rustici, et grave supercilium doctoris, etiam rem omnem tamquam placitum sibi uni proprium profert, simulque spectatorum animos excitat ad percipiendam rem prorsus novam. Idque hoc aptius facit, quod ea, quae dicit, ad irridendos alios comparata sunt. De οὐ γὰρ ἀλλὰ vide ad v. 233.

331. Θουριομάντεις dicit propter Lamponem, quo duce deducta colonia Thurium Ol. LXXXIV. 1. quem perstringit etiam in Avibus, ubi v. schol. ad v. 521. 989. De ea colonia conf. Diod. Sic. XII. 10. Taylor. ad vitam Lysiae p. 106. ed. Reisk.

332. Ven. ᾀσματοκάμπας. In Brunckiana et aliis edd. male posita est maior interpunctio post μετεωροφένακας, quo oratio in-

οὐδὲν δρῶντας βόσκουσ' ἀργούς, ὅτι ταύτας μουσοποιοῦσιν.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ταῦτ' ἄρ' ἐποίουν ὑγρᾶν Νεφελᾶν στρεπταιγλᾶν δάϊον ὁρμάν,
πλοκάμους θ' ἑκατογκεφάλα Τυφῶ, πρημαινούσας τε θυέλλας,
εἶτ' ἀερίους διεροὺς γαμψοὺς οἰωνοὺς ἀερονηχεῖς,

---

concinna redditur. Si, ut vulgo, minore distinctione v. 330. post σοφιστὰς interpungitur, negligentia quadam repetitum esse existimandum est verbum βόσκουσι. Sed aptius esse patet, versus 331—333. explicando versui 330. adiectos esse: quare illi maiorem distinctionem adpinxi.

333. ἀργούς] Ἀργῶς L. m. pr. ERN.

μουσοποιοῦσιν] Dithyrambici poetae nubium mentionem faciebant. v. Aristoph. Pac. 829. et ibi schol. ERN.

334. ἐποίουν] *versibus cantabant, celebrabant:* sic et prosaici verbo utuntur, ut Isocr. Euag. Lysias Or. II. p. 27. ubi v. Taylor. ERN.

στρεπταιγλᾶν] Στρεπταίγλαν MS. C. Suid. et schol. pro quo Bentleius malebat στραπταίγλαν, alterutrum rectum. Sed nil refert scire quid verum sit, cum sit verbum ineptum dithyrambicum, quod poeta ridet. ERN. Recte Bentleius στρεπταίγλαν intelligit emittentem tortum fulmen. Sed quare hoc verbum ad ὁρμὰν trahi velit, in quo ei Brunckius obsequutus est, equidem nescio. Ita quidem etiam cod. Elbing. Immo στρεπταιγλᾶν, quod etiam in scholiis memoratur, et nubibus egregie convenit, et ad posituram verborum elegantius est, et magis poeticum. Etenim suus quemque sensus doceat necesse est, quid intersit inter hunc ordinem epithetorum, ὑγρᾶν νεφελᾶν στρεπταιγλᾶν, et inter illum, στρεπταίγλαν δάϊον ὁρμάν: quorum alter poetarum, alter oratorum proprius est. Cod. Rav. στρεπταίγλασ.

335. ἑκατογκεφάλα] MS. L. ἑκατοντακέφαλα, ut ed. Basil. ERN. Ita etiam codex Brunckii, et duo Regii. Πρημαίνειν a πρέω deductum, unde πρήθειν, quod proprie significare videtur flare cum sonitu aliquo vel crepitu et fragore. Vide Iliad. π. 350. Od. β. 427.

337. εἶτ' ἀερίας, διερὰς] Haec non possunt referri ad οἰωνούς, nec ad θυέλλας. Itaque ἀερίας substantive capio pro ὁμίχλας. Sic placebat etiam Dukero. Sed ita post γαμψοὺς inserendum τ', ut volebat Bentleius. ERN. Reisigius εἶτ' ἀερίας διερᾶς γαμψοὺς οἰωνοὺς ἀερονηχεῖς. Mihi neque Aetolica vox ἀερία, neque ἀερίας ἀερονηχεῖς valde placet. Vulgatum ἀερίας διερὰς, quod Rav. Ven. cum caeteris libris habent, si genuinum est, referri ad nubes debet: nam undique collecta hic nubium epitheta sine ordine coacervantur. Sed Brunckii membranae, ἀερίους, διεράς. Ipse e MS. C. ἀερίους,

ὄμβρους θ' ὑδάτων δροσερᾶν Νεφελᾶν. εἶτ' ἀντ' αὐτῶν κατέπινον

κεστρᾶν τεμάχη μεγαλᾶν, ἀγαθᾶν, κρέα τ' ὀρνίθεια κιχηλᾶν·

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

διὰ μέντοι τάσδ' οὐχὶ δικαίως;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

λέξον δή μοι, τί παθοῦσαι,

διεροὺς edidit. Recte. Recepit hoc etiam Wolfius. Διεροὶ οἰωνοὶ sunt *liquidi*, *mobiles*. Ita in Avibus 212.

τὸν ἐμὸν καὶ σὸν πολύδακρυν Ἴτυν
ἐλελιζομένη διεροῖς μέλεσιν
γέννος ξουθῆς.

Et in Odyss. IX. 43.

ἔνθ' ἤτοι μὲν ἐγὼ διερῷ ποδὶ φευγέμεν ἡμέας.
ἠνώγεα.

338. μεγάλαν, ἀγαθᾶν, κρέα τ' ὀρνίθειά γε κιχλᾶν] Μεγαλῶν, ἀγαθῶν MS. L. Porro ὀρνιθία Ib. Optimum est sequi testimonia grammaticorum veterum, qui hic legi dicunt κιχηλάς, Dorum more, ut Athen. II. p. 64. et Eustath. ad Hom. Od. X. p. 1934. Koenius produxit locum Etym. MS. in Bibl. Leid. in quo versus hic sic est: κρέατ' ὀρνίθεια κιχηλᾶν, et addit, Δωρικῶς ἀντὶ τοῦ κιχηλῶν ἤγουν κιχλῶν. ERN. Quam lectionem Koenius ad Greg. Cor. p. 102. protulit, eam reposuit Brunckius e membr. quibuscum plane consentit liber Ravennas et Regius C. Brunckii, nisi quod in hoc genitivi huius versus omnes communem formam habent. Doricam qui reposuere, male ediderunt, quod etiam in Brunckiana est, μεγάλαν pro μεγαλᾶν. Nam hi Dorici genitivi omnes circumflectuntur. Κρέατ' ὀρνίθεια autem quotquot librorum auctoritate firmetur, non erit qui ab Aristophane profectum arbitretur. Non enim satis apte copula hic abesse potest. Ac miror de prosodia verbi κρέα Kustero assentiri Brunckium, qui meminisse tamen debebat, ultimam huius verbi syllabam in ipso Aristophane brevem reperiri, ut in Ranis v. 553.

καὶ κρέα γε πρὸς τούτοισιν ἀνάβραστ' εἴκοσιν.

In Nubium versu correptionem etiam flagitabat imitatio sublimioris poeseos, pariter ut in Pace v. 1282.

ὣς οἱ μὲν δαίνυντο βοῶν κρέα, καὐχένας ἵππων.

Ita Homerus γέρα, et alii alia ultima brevi adhibuerunt. Κιχηλᾶν habuit Athenaeus p. 64. F. In Ven. est κιχλᾶν. In Rav. ὀρνίθια.

339. Μέντοι, *enimvero*, quum serio dicentem facit Socratem poeta, ipse id ironice accipi vult. Mox R. L. Ernestii, et Rav. Ven. aliique codd. δὴ νῦν μοι, unus νῦν δή μοι, ut coniicias fuisse qui vel λέγω δὴ νῦν μοι scriberent, vel λέξον νῦν μοι.

Reisigius, τί μαθοῦσαι. De ea formula vide, quae in praefatione diximus.

εἴπερ Νεφέλαι γ' εἰσὶν ἀληθῶς, θνηταῖς εἴξασι γυναιξίν;
οὐ γὰρ ἐκεῖναί γ' εἰσὶ τοιαῦται.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

φέρε, ποῖαι γάρ τινές εἰσιν;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

οὐκ οἶδα σαφῶς· εἴξασιν γοῦν ἐρίοισιν πεπταμένοισιν
κοὐχὶ γυναιξίν, μὰ Δί', οὐδ' ὁτιοῦν. αὗται δὲ ῥῖνας ἔχουσιν.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

ἀπόκριναι νῦν, ἅττ' ἂν ἔρωμαι.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

λέγε νῦν ταχέως ὅ τι βούλει.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

ἤδη πότ' ἀναβλέψας εἶδες νεφέλην Κενταύρῳ ὁμοίαν,
ἢ παρδάλει, ἢ λύκῳ, ἢ ταύρῳ;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

νὴ Δί' ἔγωγ'. εἶτα τί τοῦτο;

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

γίγνονται πάνθ' ὅσα βούλονται· κᾆτ' ἢν μὲν ἴδωσι κομήτην

---

340. εἴξασι] V. Ruhnk. ad Timaei Gloss. Plat. p. 71. ERN. Rav. δ' οὖν ἐρίοισι. Reisigius ἐρίοις διαπεπταμένοισιν. Etym. M. p. 297, 19. ἐρίοισι πεπταμένοις.
γυναιξὶν] Sic MS. R. ERN.

343. αὗται δὲ ῥῖνας ἔχουσιν] MSS. Vat. Reg. αὗται δέ γε ῥῖνας ἔχουσιν. Bene; nisi pronunciandum δεῤῥῖνας. ERN. Etiam quattuor codices Brunckii et Rav. Ven. aliique γὲ habent, quod recte MS. C. et tres Dobraei omittunt. Vide Brunck. ad Plut. 1064.

344. σ' ἔρομαι] R. delet σ' et L. C. habet ἔρωμαι. Ed. Bas. porro delet νῦν: quod sane non satis aptum est. Melius foret νυν, *quaeso*. ERN. Borgianus, ἀπόκριναί μοι νῦν, ἅττ' ἂν σ' ἔρωμαι. Quattuor codd. Brunckii Rav. Ven. aliique ἅττ' ἂν σ' ἔρωμαι, ut edd. vett. Sed recte ille e membr. edidit ἅττ' ἂν ἔρωμαι.

345. Ven. ἀνέβλεψας.

347. In hoc versu praesertim extremo magna est varietas librorum MSS. Vat. R. πᾶν ὅτι βούλονται, quod sane praetulerim. Post Vat. κᾆτ' εἰ μὲν ἴδωσι κομήτην, quod praefert Kusterus ob caesuram. R. Ib. idem sed ἢν pro εἰ, melius. Ia. L. χὤταν μὲν

ἀγριόν τινα τῶν λασίων τούτων, οἷόν περ τὸν Ξενοφάντου,
σκώπτουσαι τὴν μανίαν αὐτοῦ Κενταύροις ᾔκασαν αὑτάς.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

τί γάρ, ἢν ἅρπαγα τῶν δημοσίων κατίδωσι Σίμωνα, τί δρῶσιν;

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

ἀποφαίνουσαι τὴν φύσιν αὐτοῦ, λύκοι ἐξαίφνης ἐγένοντο.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ταῦτ' ἄρα, ταῦτα Κλεώνυμον αὗται τὸν ῥίψασπιν χθὲς ἰδοῦσαι.
ὅτι δειλότατον τοῦτον ἑώρων, ἔλαφοι διὰ τοῦτ' ἐγένοντο.

ἴδωσι κομήτην. ERN. Vulgo, γίνονται πάνθ' ὅ τι ἂν βούλωνται· sic etiam Rav. nisi quod βούλονται habet. κἂν μὲν ἴδωσι κομήτην. Cod. Ven. πάνθ' ὅσα. Brunckii membranae, πάνθ' ὅ τι βούλονται, eaedemque et C. D. κᾆτ' ἢν μὲν ἴδωσι κομήτην. Vnde ille reposuit, γίγνονται πάνθ' ὅ τι βούλονται· κᾆτ' ἢν μὲν ἴδωσι κομήτην, quod deinde plane invenit in alio Regio, nisi quod κἆτα in eo non elisam habebat ultimam. Brunckianam lectionem etiam Ravennas habet, nisi quod in eo ὅ τι ἂν est. Borgianus cum vulgata consentit, praeterquam quod ὅτ' ἂν habet. Bav. καὶ τ' ἢν. Ald. et edd. vett. κᾆτ' ἢν. Cod. Ven. κᾆτ' εἰ. Scribendum videtur aut πᾶν ὅ τι, aut πάνθ' ὅσα, quod ex Veneto recepi.

348. Ven. Ξενοφῶντα.

349. εἴκασαν] R. ᾔκασαν. ERN. Ita e membranis recte Brunckius, quod hoc Atticum est.

350. Pro τί γάρ; Brunckius τί δ' ἄρ'; e coniectura reposuit. Vide quae notavimus ad v. 192.

351. Pro φύσιν in C. est γνώμην.

824. νῦν νὴ] Ed. Bas. νυνὶ non male. ERN. Νυνὶ Δία etiam in aliis quibusdam antiquis edd. est et in codd. Ven. et primo Dobraei, nec dubitandum quin verum sit. Rav. νῦν Δία. Quod Reisigius dedit νῦν δὴ Δία, non convenit huic loco. Quod edebatur, νῦν νὴ Δία, non aptum est, quia Phidippides non νὴ Δία, sed μὰ τὸν Δία dixit.

826. Rav. οὐκ ἔνεστιν.

ἀλλά τίς;] R. τί; sed in principio v. seq. male repetit ἀλλά. ERN. Vulgo Phidippidi tribuuntur verba ἀλλὰ τίς, in quibus

Δῖνος βασιλεύει, τὸν Δί' ἐξεληλακώς.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

αἰβοῖ, τί ληρεῖς;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ἴσθι τοῦθ' οὕτως ἔχον.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

τίς φησι ταῦτα;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

Σωκράτης ὁ Μήλιος,
καὶ Χαιρεφῶν, ὃς οἶδε τὰ ψυλλῶν ἴχνη.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

σὺ δ' εἰς τοσοῦτον τῶν μανιῶν ἐλήλυθας,

τί membranae Regiae et unus Mutinensium. Recte quaereret Phidippides ἀλλὰ τίς, si Strepsiades dixisset οὐ βασιλεύει Ζεύς, quia si hic non regnat, regnare alium credibile est. Sed non esse Iovem dicenti non potest ista quaestione responderi, quia si esse negatur, nullum relinquitur praedicatum, quod cui conveniat quaeri possit. Quod videntur sensisse illi, qui ἀλλὰ τί scripsere. Quocirca qui haec verba Phidippidis esse voluerit, interpellatae orationis signum addere debebit, ut ille interrogaturus videatur ἀλλὰ τίς βασιλεύει; Id vero certe non venustum est. Nec multo melius sic distinxeris: οὐκ ἔστιν, ὦ Φειδιππίδη Ζεύς, ἀλλὰ — ΦΕΙΔ. τίς; ΣΤΡ. Δῖνος βασιλεύει. Haec me moverunt, ut plane delerem personam Phidippidis, scriberemque ἀλλά τις, quo mihi videor suam huic loco virtutem atque elegantiam restituisse. Nam magis etiam ridicula fit stulti hominis oratio, si isto pronomine sapientiae parum intellectae, arcanam rationem subindicat. Confirmatur haec emendatio eo, quod in Ernestii R. ἀλλὰ in principio versus 827. repetitum est.

829. ὁ Μήλιος] V. scholia. Ceterum alienum videtur a rustico, qui probat Socratis dogma, irrideri et acriter hoc nomine perstringi Socratem. An hoc est interloquentis Phidippidis? Sic ΣΤΡ. Σωκράτης. ΦΕΙΔ. ὁ Μήλιος. ΣΤΡ. καὶ etc. Sic infra 850. Phid. Socraticos vocat γηγενεῖς. ERN. Recte etiam Brunckius sequutus est scholiasten, qui Melium dici Socratem ait, quod atheus esset, ut Diagoras Melius. Quod Ernestius coniecit, non est id quidem ineptum, sed minus venustum, quia sic de industria Melius vocaretur Socrates. Neque vero perstringit Strepsiades Socratem, sed huius error in patria Socratis indicanda praeter voluntatem hominis irridendo Socrati est. Apte Berglerus contulit Vesp. 1267. ubi Amynias Selli filius dicitur, qui erat Pronapi.

831. R. τοσοῦτον. ERN. Vulgo τοσοῦτο. Alterum Ven. et ple-

ὥςτ' ἀνδράσιν πείθει χολῶσιν;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

εὐστόμει,
καὶ μηδὲν εἴπῃς φλαῦρον ἄνδρας δεξιούς,
καὶ νοῦν ἔχοντας· ὧν ὑπὸ τῆς φειδωλίας
ἀπεκείρατ' οὐδεὶς πώποτ', οὐδ' ἠλείψατο,
οὐδ' εἰς βαλανεῖον ἦλθε λουσόμενος. σὺ δὲ

---

rique codd. ac Suidas in μανιῶν et χολῶσι. Elmsleii observatio est, veteres Atticos non dixisse τοιοῦτο, quem vide ad Med. v. 254.

832. Πείθειν legisse olim nonnullos, e scholio MS. cognoscitur, quod vide in scholiis. Et sic Barocc. 127. ac primus Dobraei.

834. ὑπὸ] L. Ia. ὑπέρ vitiose. ERN. Dicuntur talia plerumque sine articulo, ut ὑπὸ γήρως Ach. 689. ὑπ' ἀνοίας Eq. 515. ὑπὸ δεξιότητος τῆς ἐμῆς 719. ὑπ' ἀνάγκης καὶ χρείας καὶ μισθοῦ 804. ὑπὸ βίας τοῦ πνεύματος Nub. 165. ὑπὸ τόκων χρήστων τε 242. ὑπ' ἀνάγκης 404. ὑπὸ πλήθους ἐτῶν 854. ὑπὸ δυςκολίας Vesp. 106. ὑπὸ φρονήματος Pac. 25. ὑφ' ἁρματωλίας 415. ὑπ' ἀμηχανίας Av. 475. ὑπ' ἀγνοίας 577. ὑπὸ φιλορνιθίας 1300. ὑπὸ λόγων 1447. ὑπὸ σωφροσύνης τῆς ἡμετέρας Lys. 508. ὑπὸ μίσους 792. 813. ἱερᾶς ὑπὸ τιμῆς Ran. 349. μανίας ὑπὸ δεινῆς 816. ὑπ' ἀλαζονείας 919. ὑπ' ἀγυμνασίας 1088. ὑπὸ φιληδίας Plut. 307. 311. ὑπὸ τρυφῆς 818. Sed etiam cum articulo. Ita quod in Vespis 1083. in Pac. 613. in Lys. 1023. in Ran. 855. ὑπ' ὀργῆς dicitur, ὑπὸ τῆς ὀργῆς est in Lys. 505. Quod ὑφ' ἡδονῆς in Vesp. 272. in Pac. 324. in Pluto 289. 739. ὑπὸ τῆς ἡδονῆς dictum in Av. 1284. Plut. 753. Quod ὑπὸ λιμοῦ in Pluto 1174. ὑπὸ τοῦ λιμοῦ dictum in Pac. 483. Talia sunt ὑπὸ τῆς σάλπιγγος in Ach. 1001. ὑπὸ τῆς δαπάνης καὶ τῆς φάτνης καὶ τῶν χρεῶν Nub. 13. ὑπὸ τοῦ πλάτους Av. 1129. ὑπὸ τῶν τυμπάνων Lys. 3. ὑπὸ τῆς ὁδοῦ 988. ὑπὸ τῶν κόπων Ran. 1280. Quorum partim cur necessario sic dicenda fuerint, non est obscurum. Casu factum, ut ὑπὸ τοῦ δέους ubique legatur, Ach. 350. 581. Eq. 231. Pac. 933. Av. 87. Eccles. 1060. Plut. 693. Ex his apparet, ὑπὸ τῆς φειδωλίας recte legi, si id est *prae sua parsimonia*; recte vero etiam dici potuisse sine articulo, ut ὑπέρ, quod etiam in Barocc. 43. et quinto Dobraei est, videri possit ex ὑπαὶ ortum esse scribique debere ὑπαὶ φειδωλίας, praesertim si forte haec vel tragici alicuius verba sint, vel gravius loquentem fingi Strepsiadem statuamus. Aliter enim vix ferri poterit ὑπαί, expulsum id hodie ex Acharn. 970. Vesp. 1487. Av. 1426. Sed tamen ne ὑπὲρ quidem ita spernendum, ut non, si a melioribus libris commendaretur, recte atque adeo venuste dictum videri posset. Nam id esset *pro parsimonia*, quasi pro tuenda laude sobriae et temperantis vitae a lavando illi et ungendo abstinerent.

ὥςπερ τεθνεῶτος καταλόει μοὺ τὸν βίον.
ἀλλ' ὡς τάχιστ' ἐλθὼν ὑπὲρ ἐμοῦ μάνθανε.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

τί δ' ἂν παρ' ἐκείνων καὶ μάθοι χρηστόν τις ἄν;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ἄληθες; ὅσαπέρ ἐστιν ἀνθρώποις σοφά·
γνώσει δὲ σαυτὸν ὡς ἀμαθὴς εἶ καὶ παχύς.
ἀλλ' ἐπανάμεινόν μ' ὀλίγον ἐνταυθὶ χρόνον.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

οἴμοι· τί δράσω, παραφρονοῦντος τοῦ πατρός;
πότερον παρανοίας αὐτὸν εἰςαγαγὼν ἕλω,

---

837. καταλούει μου] R. inverso ordine. ERN. Sic etiam membranae Brunckii. Caeteri libri cum Suida v. καταλούῃ postponunt μου, unde Bekkerus veram scripturam restituit: vide Buttmannum in gr. Gr. vol. II. p. 182. seq. De media forma nihil dubitandum. Recte scholiastes: καταναλίσκεις εἰς λουτρά. Verbo λουσόμενος ansam praebente, hoc genus deliciarum et luxuriae pro omni illo mollis et sumptuosae vitae cultu, quo ille rem paternam perditum eat, nominat Strepsiades.

839. Ven. omittit χρηστόν.

840. Apud Ioannem grammaticum in τονικοῖς παραγγέλμασι p. 30, 14. qui hunc et praecedentem versum affert, scriptum est, ἄληθες, ὅσα περ ἐστὶ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις σοφά. Vulgo apud Aristophanem ὅσα πέρ ἐστ' ἐν ἀνθρώποις: alii libri ἔνεστ' ἀνθρώποις, alii, ut Venetus, πάρεστ' ἀνθρώποις, alii πάρεστιν ἀνθρώποις, alii πάρεστιν ἀνθρώποις, alii ὅσα παρ' ἀνθρώποις ἐστί, alii ὅσα πέρ ἐστιν ἀνθρώποις, quod praeferendum duxi, quum et in Rav. sit, et in nonnullis ἐν pro interpretatione sit adscriptum. De vocabulo ἄληθες v. Brunck. ad Ran. 840.

841. Haud ego credam, quod Süvernio p. 7. visum est, facete hic tangi illud ab Socrate discipulis commendatum γνῶθι σαυτόν.

842. ἐνταυθοῖ] L. εἰςελθών, sed illud in margine. v. ad v. 802. ERN. Pro vulgato ἐνταυθοῖ Cant. 3. ἐνταυθοί, Cant. 1. recte ἐνταυθί. Vide ad v. 813.

844. Brunckius πότερα edidit sine libris, quod et saepe permutentur πότερον ac πότερα, et hoc magis Atticum atque Aristophani usitatissimum sit. Aliquid ea scriptura praesidii habet ab Rav. et Ven. in quibus est πότερ' ἄν, non ferendum id quidem: vide de particula ἄν lib. II. c. 5. in Diar. class. LXX. p. 212. nec commutandum cum πότερ' οὖν, quo recte poeta usus est in Ranis v. 1141. male autem hic uteretur: sed nondum constat, Graecos in versibus

ἢ τοῖς σοροπηγοῖς τὴν μανίαν αὐτοῦ φράσω;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

φέρ' ἴδω, σὺ τοῦτον τίνα νομίζεις; εἰπέ μοι.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

ἀλεκτρυόνα.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

καλῶς γε. ταυτηνὶ δὲ τί;

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

ἀλεκτρυόν'.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ἄμφω ταὐτό; καταγέλαστος εἶ.
μὴ νῦν τολοιπόν. ἀλλὰ τήνδε μὲν καλεῖν
ἀλεκτρύαιναν· τουτονὶ δ' ἀλέκτορα.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

ἀλεκτρύαιναν; ταῦτ' ἔμαθες τὰ δεξιά,
εἴσω παρελθὼν ἄρτι παρὰ τοὺς γηγενεῖς;

---

iambicis ita iunxisse breves syllabas, ut, si pede iambo metiare, eius locum quattuor breves tenere possint: quod genus apud Latinos creberrimum est. Brunckium quidem πότερα scripsisse merito mirere, qui ad Thesmoph. 730. improbet anapaestum tribracho adiectum in versibus iambicis. Leid. εἰςάγων.

845. Huius versus sensum explicat schol. et Suid. in σοροπηγός Ita mens iuvenis est: *utrum eum ut mente captum deseram, an mortem, mox eventuram, expectem?* ERN. Ven. λέγω pro φράσω.

846. σὺ τοῦτον] R. L. σὺ δὲ τουτονὶ male. ERN. Non puto δὲ in his libris esse. Nam ex Leidensi Ruhnkenius nihil nisi τουτονὶ adnotavit, quod etiam Rav. Ven. Dorv. et aliquot alii codd. habent. Reisigius τουτονὶ τί νομίζεις edidit, quod placeat fortasse cuipiam propter id quod sequitur, ταυτηνὶ δὲ τί. Mihi secus videtur, non solum quod τί ex nullo libro adnotatum repperi, sed etiam propter ipsius loci rationem. Nam de gallo quasi obiter quaerit Strepsiades: scit enim, responsum iri ἀλεκτρυόνα: de gallina vero signatius loquitur: quare ταυτηνὶ dicendum erat. Nam τί an τίνα dicat, nihil refert, siquidem etiam ταυτηνὶ δὲ τίνα dicere poterat, alio quidem in versus loco. Caeterum gallum gallinamque vel vivos vel pictos aliove modo confectos in scenam afferri a Strepsiade putandum est.

847. Ven. omittit καλῶς γε.

848. ταὐτό] R. Ia. ταὐτόν. ERN. Ταὐτὸν etiam Rav. Ven. Dorv. et alii. Non recte ταὐτὰ legendum videbatur Elmsleio ad Eurip. Suppl. in Diar. class. fasc. XVI. p. 437. sive ed. Lips. p. 246.

852. Γηγενεῖς si Socratici illi propterea vocarentur, quod Gi-

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ
χἄτερά γε πόλλ᾽· ἀλλ᾽ ὅ τι μάθοιμ᾽ ἑκάστοτε,
ἐπελανθανόμην ἂν εὐθὺς ὑπὸ πλήθους ἐτῶν,
ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ
διὰ ταῦτα δὴ καὶ θοἰμάτιον ἀπώλεσας;
ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ
ἀλλ᾽ οὐκ ἀπολώλεκ᾽, ἀλλὰ καταπεφρόντικα.
ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ
τὰς δ᾽ ἐμβάδας ποῖ τέτροφας, ὦ 'νόητε σύ;
ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ
ὥςπερ Περικλέης, εἰς τὸ δέον ἀπώλεσα.
ἀλλ᾽ ἴθι, βάδιζ᾽, ἴωμεν· εἶτα τῷ πατρὶ

---

gantum exemplo contemptores essent deorum, nec per se apta esset ista appellatio, quia vani potius atque inepti quam rebelles sunt, neque conveniret ingenio Phidippidis, hominis munditiei, elegantiae, nitoris supra modum studiosi. Hic rudes, incomptos, truci et efferata specie foedos intelligit. Immanitas enim isto verbo designatur. Sic Aeschylo γηγενὲς φύσημα tribuitur in Ranis v. 825.

854. Ad numeros elegantior est vulgata scriptura, quam aliquot codd. confirmant. Membranae Brunckii et Ven. atque alii quidam codd. ἐπελανθανόμην εὐθὺς ὑπὸ πλήθους τῶν ἐτῶν. Alii etiam τοῦ πλήθους. Vulgatam defendit Reisigius in Coni. p. 145.

856. καταπεφρόντικα] Est verbum comice factum et dictum, et unius Aristophanis. ERN.

857. Τέτροπας sola ed. Kusteri. MSS. omnes et edd. veteres τέτροφας. Attulit Brunckius similes locos ex Eccles. 681. Vesp. 665. De forma verbi v. Buttm. gramm. Gr. vol. I. p. 423. s.

858. ἀπώλεσα] Est ridiculum ex inopinato, cum debuisset dicere ἀνήλωκα (non ἀνάλωσα, ut Suid.) per παράγραμμα dixit ἀπώλεσα. ERN. Suidas v. εἰς τὸ δέον. De illa Periclis arte, quae hodie in usum versa palam iactatur, videndus Plutarchus in vita eius viri cap. 23. Lex. rhet. in Bekkeri Anecd. p. 234, 10. δέοντα. οὕτως Περικλῆς, φασί, λογιζόμενος εἰς τὸ δέον, ὃ σημαίνει τὰ εἰς προδοσίαν διδόμενα χρήματα.

859. Reizius suspicabatur Aristophanem scripsisse: ΦΕΙ. εἶτα τί; ΣΤΡ. τῷ πατρί, et quae sequuntur. Quae sane perelegans coniectura est. Ita supra v. 346. εἶτα τί τοῦτο; Nec tamen quidquam in vulgata lectione mutaverim. Verba enim sic iungenda, τῷ πατρὶ πιθόμενος, εἶτα ἐξάμαρτε. Dummodo, inquit, patri morem geras, pecces licet. Scholiastae quod adnotarunt: ἀντὶ τοῦ, ἔχεις ἀπολογίαν, ὅτι τῷ πατρὶ πειθόμενος ἐξήμαρτες. ὠφελήθητι καὶ ἁμάρτανε

πιθόμενος ἐξάμαρτε· κἀγώ τοί ποτε
οἶδ' ἐξέτει σοι τραυλίσαντι πιθόμενος,
ὃν πρῶτον ὀβολὸν ἔλαβον Ἡλιαστικόν,
τούτου 'πριάμην σοι Διασίοις ἁμαξίδα.

δι' ἐμέ, ostendere videtur, eos ἐξάμαρτε e Phidippidis mente dictum putasse, qui peccare sibi videretur, si obediret patri. At hoc non dicit Strepsiades, sed, quod ipse peccare esse censet, intelligit. Nam quo facilius ad discendum compellat filium, promittit ei se passurum esse, si quid peccet, i. e. si pergat rem familiarem perdere: sperat enim homo iste nihil sibi damni ex aere alieno fore, si repellere creditores artibus filii possit. Exempla vocabuli εἶτα cum verbo coniuncti praecedente participio attulere Koenius ad Gregor. Cor. p. 62. et Dawes. in Misc. crit. p. 279. Hic autem εἶτα, quod post participium poni debebat, ante id collocatum est, ut in Lysistr. v. 653.

τὸν ἔρανον τὸν λεγόμενον παππῷον ἐκ τῶν Μηδικῶν
εἶτ' ἀναλώσαντες οὐκ ἀντεισφέρετε τὰς εἰσφοράς.

Hinc patet v. 860. necessario cum Bentleio legendum esse πιθόμενος, cuius emendationis ille caussas non attulit. Probavit eam etiam Porsonus.

860. Libri omnes πειθόμενος.

861. πιθόμενος] Sic pro vulgato πειθόμενος rescripsi e Suida in v. ἐξέτει, ut voluit etiam Bentleius, qui sic et in v. praeced. corrigi volebat. mox v. seq. pro ὃν C. habet τόν. ERN. MSS. omnes πειθόμενος.

862. De mercede iudicum diximus in praefatione.

863. τούτου 'πριάμην] Suidas habet ὅτ' ἐπριάμην, quod probat Bentleius, ut referatur ad ποτε, estque sane concinnius: *memini me tibi quondam obsecutum esse, cum obolo primo heliastico tibi emi quadrigulas.* Improbat tamen Dukerus. ERN. Vide Suidam in v. ἁμαξίς et Διάσια, cuius lectionem Brunckius vulgatae τούτου πριάμην praetulit, allato simillimo loco Plauti in Menaechmis II. 2, 37.

nummum illum, quem mihi dudum pollicitu's dare,
iubeas, si sapias, porculum afferri tibi.

Reizius quoque Suidae lectionem probabat, sed versus 862. et 863. sedem suam permutare volebat, quo sane elegantior fieret oratio. Nec tamen necessarium hoc puto. E lectione MS. C. v. 862. τὸν coniicias fuisse olim libros, in quibus scriptum esset,

τὸν πρῶτον ὀβολόν, ὃν ἔλαβον ἡλιαστικόν,
ὅτ' ἐπριάμην σοι Διασίοις ἁμαξίδα.

Plane ut in Lysistrata v. 408. quem locum Brunckius attulit,

ὦ χρυσοχόε, τὸν ὅρμον, ὃν ἐπεσκεύασας,
ὀρχουμένης μου τῆς γυναικὸς ἑσπέρας,
ἡ βάλανος ἐκπέπτωκεν ἐκ τοῦ τρήματος.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

ἦ μὴν σὺ τούτοις τῷ χρόνῳ πότ' ἀχθέσει.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

εὖ γ', ὅτι ἐπείσθης. δεῦρο, δεῦρ', ὦ Σώκρατες,
ἔξελθ'· ἄγω γάρ σοι τὸν υἱὸν τουτονί,
ἄκοντ' ἀναπείσας.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

νηπύτιος γάρ ἐστ' ἔτι,
καὶ τῶν κρεμαθρῶν οὐ τρίβων τῶν ἐνθάδε.

Sed isti numeri non sunt Graecis probati. Scriptura, quam Suidas praebet, recepta illa etiam a Wolfio et Reisigio, etsi bona est, tamen quum Aristophanis libri omnes in τούτου consentiant, Suidas autem, qui neutro loco praecedentes versus adiecit, eo ipso ad errorem induci potuerit, hoc tenendum putavi. Neque vero hiare putanda est sententia, ut Brunckio videbatur. Non enim plenius interpungendum post πιθόμενος, sed, quae est sermonis familiaris consuetudo, duplex apodosis protasin habet in medio, non illam quidem enunciatam distinctius, sed tamen mente cogitatam. Continetur ea verbis ὃν πρῶτον ὄβολον ἔλαβον ἡλιαστικόν: quasi dicat, *scio me tibi morem gessisse primo quem in Heliaea accepi obolo.* Caeterum ἁμαξίδα utrum placentae genus dixerit Strepsiades, quam recentiores κοπτὴν vocarunt, an, quod Symmacho visum est, parvum vehiculum, quo puer ad ludendum uteretur, hodie vix poterit ad liquidum perduci: veri tamen similior videtur Symmachi interpretatio, praesertim quum mox v. 879. eo significatu haec vox redeat.

864. Indicat poeta hoc versu, qui fructus Strepsiadi ex isto consilio redundaturus sit.

867. νηπύτιος] Ravennas, Venetus, et pauci alii ἐστιν vel ἐστι sine ἔτι.

868. 869. Interpretes non satis assequuti sunt huius loci sententiam. Debebat Strepsiades dicere, οὐ τρίβων ἐστὶ τῶν μαθημάτων τῶν ἐνθάδε, at ridiculi causa dicit τῶν κρεμαθρῶν e v. 219. Responsio autem iuvenis indicat, ea verba etiam in partem deteriorem accipi posse, velut dixisset, *nondum tritus est laqueis vestris*: hinc iratus iuveni respondet: *tu ipse tritus fores, si penderes.* Τρίβων, ut Latinis *tritus* est *peritus*, ut interpretatur Suidas. v. et Vesp. 1429. Sic usus est Herodotus IV. 74. μὴ τρίβων, pro *imperito*: adde Perizon. ad Aelian. V. H. V. 5. In αὐτὸς σὺ τρίβων, τὸ σὺ omittunt R. L. Ia. ERN. Brunckius v. 866. edidit τῶν γε κρεμαθρῶν, ut huius vocabuli media syllaba corriperetur, quemadmodum v. 219. Nullus tamen liber hoc γὲ habet, nec scholiastes ad Vesp. 1429. aut Suidas v. νηπύτιος, aut Eustathius ad Iliad. ψ. p. 1327, 18. (1450, 36.) Porsonus in Misc. p. 28. κρεμαστρῶν scri-

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

αὐτὸς τρίβων εἴης ἄν, εἰ κρέμαιό γε.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

οὐκ ἐς κόρακας; καταρᾷ σὺ τῷ διδασκάλῳ;

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

ἰδού, κρέμαι', ὡς ἠλίθιον ἐφθέγξατο,
καὶ τοῖσι χείλεσιν διεῤῥυηκόσιν.
πῶς ἂν μάθοι ποθ' οὗτος ἀπόφευξιν δίκης,
ἢ κλῆσιν, ἢ χαύνωσιν ἀναπειστηρίαν;

---

bendum putabat, auctore Polluce X. 156. qui hac voce in Nubibus usum scribit Aristophanem. Sed Moeris p. 242. κρεμάθρα, Ἀττικῶς· κρεμάστρα, Ἑλληνικῶς. Et apud ipsum Pollucem parum certa scriptura, quum libri etiam κρεμάγρα et κρεάγρα praebeant. Recte iudicare puto Reisigium in Coni. p. 102. producenda ad sermonis tragici exemplum syllaba gravitatem ostendi, qua Socrates de huiuscemodi rebus loquatur.

869. σὺ cum Brunckio omisimus, quod abest ab duobus Regiis, Ravennate, aliisque, et, ut videtur, Veneto, qui in fine γ'.

870. Hunc v. omittit cod. Ia. ERN.

871. Libri omnes, ἰδού, κρέμαιό γ', ὡς ἠλίθιον ἐφθέγξατο: quod quum metro repugnet, Brunckius scripsit, ἰδού, κρέμαι', ὡς ἠλίθιον ἐφθέγξατο. Quod mihi quum olim non recte emendatum videretur, aliis haec verba coniecturis tentabam, de quibus relatum in editione Beckiana: sed iis nolo praesidium petere ex Suida, qui in v. διεῤῥυηκόσιν, omissis prioribus affert ἠλίθιον ἐφθέγξατο. Reisigius edidit, quod in Coni. p. 93. proposuit ἰδού γε κρέμαι'. Illam rationem, qua Boeckhius in iis, quae in Platonis Minoem et libros priores de legibus scripsit, p. 190. corripienda dipthongo in κρέμαιο defendere librorum scripturam conatus est, dudum ab ipso una cum aliis, quae ibidem protulit, reiectam puto. Welckero tamen hodie quoque in Sylloge epigrammatum Graecorum p. 199. probatam esse video. Recte Reisigius vastam diphthongi pronunciationem ab Socrate notari monuit. In uno apud Dobraeum codice legitur λίθιον. Vix tamen erit, qui hinc coniiciat, ἰδού, κρέμαιό γ', ὡς λίθινον ἐφθέγξατο.

872. Χείλη διεῤῥυηκότα Suidas in h. v. interpretatur κεχαλασμένα, οὐ συνεστραμμένα: est, ut opinor, quod Latini dicunt, *ore vasto*, cui *os pressum*, *rotundum* opponitur. ERN.

874. χαύνωσιν ἀναπειστηρίαν] Perspicue explicat scholiastes alter. Sed credo haec non bene Graeca esse, et digna Aristophanis elegantia, sed dicta ab inepto poeta et ridendi causa hic inculcata, ut alia. ERN. Immo dicta sunt tumide, irridendae sophistarum

καίτοι γε ταλάντου τοῦτ' ἔμαθεν Ὑπέρβολος.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ἀμέλει, δίδασκε· θυμόσοφός ἐστιν φύσει·
εὐθύς γέ τοι παιδάριον ὂν τυννουτονὶ
ἔπλαττεν ἔνδον οἰκίας, ναῦς τ' ἔγλυφεν,
ἁμαξίδας τε σκυτίνας εἰργάζετο,
κἀκ τῶν σιδίων βατράχους ἐποίει, πῶς δοκεῖς.

---

iactationis caussa. *Κλῆσιν* patet in ius vocationem dici, quo significat artem inveniendae criminationis.

875. Vulgo *καίτοι ταλάντου τοῦτ' ἔμαθεν Ὑπέρβολος*. Et sic etiam Suidas v. *τάλαντον*. Sed idem et in edd. et in MS. apud Porsonum ad Hec. 1206. *ἔμαθ'* habet in v. *ἀναπειστηρίαν*. Vnde Porsonus, *καίτοι ταλάντου τοῦτό γ' ἔμαθ' Ὑπέρβολος*. Reisigius dedit, quod in Coniectaneis p. 95. defendit, *καίτοι ταλάντου γ' αὔτ' ἔμαθεν Ὑπέρβολος*. Idque, si particulam *γε* respicimus, praeferendum Porsoni coniecturae. Neque enim *τοῦτο* ea particula opus habet, sed, si quid hic distinguendum ante caetera est, est id aut argenti summa, aut quod exstitit aliquis, qui ista didicisse permagni existimaret. Hoc posterius quum sit eiusmodi, ut *γε* ad totam sententiam referatur, recte se habet, quod ex libris Ravennate et Veneto dedimus *καίτοι γε*. De illo *καίτοι γε* v. Reisig. Coni. p. 296. Elegantior tamen foret versus, si sic scripsisset Aristophanes,

καίτοι ταλάντου γ' ἔμαθε τοῦθ' Ὑπέρβολος.

Hyperboli quod mentionem facit, indicio est haec non in prioribus Nubibus scripta fuisse, si verum est, mortuo demum Cleone istum hominem inclaruisse.

877. De voce *θυμόσοφος* vid. Suidas, qui plura habet. Adde in Vesp. 1280. ubi Ariphrades dicitur *θυμοσοφικώτατος*, qui *παρὰ μηδενὸς ἔμαθεν*, sed *ἀπὸ σοφῆς φύσεως αὐτόματος ἐξέμαθεν γλωττοποιεῖν*. ERN. Ernestii Regius post *θυμόσοφος* addit *γέ*.

877. Pro *ὢν* R. L. Ia. habent *ὄν*, quo spectat et Ib. qui plane omittit, nempe quia haec syllaba praecedit. Mox pro *τυννουτονί*, *τυννουτοΐ* C. I. L. ERN. Vulgatum *ὢν* habent codd. Dorv. atque ut videtur Ven. estque id planius. In Rav. et Dobraei codd. omnibus et apud Suidam in v. *σίδια*, sive editum sive MS. Porsoni, eodemque in Suidae codice v. *τυννουτί*, qui locus non exstat in editis, legitur *ὄν*, dictum illud exquisitius, verbo ad praedicatum accommodato, cuius generis nonnulla attutit Matthiae in gramm. Gr. §. 301. Deinde Suidas editus in v. *σίδια* habet *τοιουτονί*, sed MS. *τουτοΐ*. Idem MS. autem in *τυννουτὶ* servat *τυννουτονί*. Brunckius in addendis praeferendum censebat *τυννουτοΐ*, alterum masculino relictum putans.

880. *πῶς δοκεῖς;*] Schol. intelligit admirandi causa dictum:

ὅπως δ' ἐκείνω τὼ λόγω μαθήσεται,
τὸν κρείττον', ὅςτις ἐστί, καὶ τὸν ἥττονα,
ὃς τἄδικα λέγων ἀνατρέπει τὸν κρείττονα·
ἐὰν δὲ μή, τὸν γοῦν ἄδικον πάσῃ τέχνῃ.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

αὐτὸς μαθήσεται παρ' αὐτοῖν τοῖν λόγοιν.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ἐγὼ δ' ἀπέσομαι· τοῦτό νυν μέμνησ', ὅπως
πρὸς πάντα τὰ δίκαι' ἀντιλέγειν δυνήσεται.

---

certe simili modo capiendum, nec eodem modo ubique dicitur. *Supra quam dici potest: vix queas credere.* Latini pariter sic: *quid censes?* Vid. de hac formula Valken. ad Eurip. Hipp. 446. ubi h. l. non praetermisit. ERN. Cum Brunckio signum interrogationis in hac formula omisimus: vide hunc ad Plut. 742. Nam adeo ea videtur in communi sermone trita fuisse, ut, quod etiam in aliis huiuscemodi formulis factum est, et vim interrogationis amitteret, nec voce interrogatio exprimeretur. Ernestius quae de Latinis dicit, si illud usitatum *quid illum censes* in mente habuit, aberravit a vera ratione. Vid. Gronov. ad Plaut. Curc. I. 1, 59.

883. Hunc versum, qui in vulgatis libris abest, cum Brunckio addidimus. Exstat ille in MSS. Vat. Arund. membranis Regiis, et Regio eo, quem postremum Brunckius contulit, et in huius codice: tum etiam in Ravennate, Veneto, Dorv. Bavar. Elbing. et plerisque aliis. Membranae habent ἀνατρ[illegible]ειν. Ordinem verborum propter numeros mutari volebat Reisigius in Coni. p. 246. sed recte servavit in editione sua librorum scripturam. Tetigit numeros Elmsleius in adnott. ad Soph. Ai. 1100. in Museo crit. Cantabr. fasc. III. p. 478. sive in Iphigeniarum Marklandi ed. Lips. p. 322.

884. Rav. γ' οὖν.

885. παρ' αὐτοῖν] Ia. L. margo habet: γρ. παρ' ἀμφοῖν, quod in C. est in textu. ERN. Habent hoc etiam Bav. et Elbing. et unus Dobraei.

886. ἀπέσομαι] R. ἀ[illegible]σομαι, male, at bene contra mox τοῦτό γ' οὖν. ERN. Vulgo τοῦτο δ' οὖν, pro quo Brunckius e membranis τοῦτο γοῦν edidit, quod habent etiam pauci alii codd. Ravennas vero νῦν, quem accentu mutato sequutus sum. Idem codex etiam ἀπέσσομαι. Id quum scripturae errore in οὖν mutatum esset, hiatus tollendi caussa alii δ' οὖν, alii γ' οὖν scripsere.

887. Brunckius, *post hunc versum*, inquit, *recte monuerunt primarii editores, chorum aliquid intercinisse, quod librariorum culpa ad nos non pervenit: scilicet deest antistropha, strophae respondens, quae incipit* v. 803. Quare ante v. 804. addidit haec:

ΧΟΡΟΣ

(*λείπει τὸ μέλος τοῦ χοροῦ*)

ΔΙΚΑΙΟΣ

Χώρει δευρί, δεῖξον σαυτὸν
τοῖσι θεαταῖς, καίπερ θρασὺς ὤν.

ΑΔΙΚΟΣ

Ἴθ', ὅποι χρῄζεις. πολὺ γὰρ μᾶλλόν σ'
ἐν τοῖς πολλοῖσι λέγων ἀπολῶ.

ΔΙΚΑΙΟΣ

ἀπολεῖς σύ; τίς ὤν;

ΑΔΙΚΟΣ

λόγος.

λείπει τὸ μέλος τοῦ χοροῦ. De stropha fallitur. Nam quod v. 803. incipit carmen, non stropham, sed antistropham esse ostendimus ad v. 696. quo eius stropha incipit. Sed hic quidem canticum chori deesse certum est. Scholiastes: *μέλος δὲ τοῦ χοροῦ οὐ κεῖται, ἀλλὰ γέγραπται μὲν ἐν μέσῳ ὁ χορός, καὶ ἕπεται εἴςθεσις ἀναπαιστικὴ τῶν ὑποκριτῶν.* Et alius: *τοῦ δὲ χοροῦ τὸ πρόσωπον ἐκλέλοιπεν. ἐπιγραφὴ δὲ φέρεται χοροῦ.* Atque ita plane scriptum in libro Ravennate: *ΧΟΡΟΣ. ΔΙΚΑΙΟΣ ΛΟΓΟΣ.* Oportebat autem chorum hic canticum canere ut actu finito. Simulque dum id caneretur, histriones personas mutabant. Neque enim aut Strepsiades, qui modo dixit se a proximo colloquio afuturum esse, aut Socrates in scena manent: sed qui hos agebant histriones in postscenio personas induunt oratorum, mutatoque habitu prodeunt veterem et novam disciplinam defensuri. Caeterum haec cantici omissio nescio an in iis rebus numerari debeat, quae secundam Nubium editionem non perfectam a poeta esse indicent.

888. In hoc carmine est imitatio Herculis Prodicii, quo inducit certamen Vitii et Virtutis. ERN. Quae hic personae iusti et iniusti sermonis introducuntur, non tantum dicentium pro iusta atque iniusta caussa officiis fungi putandae sunt, sed quasi effigies quaedam esse universae vitae morumque antiquorum et novitiorum. Aliter nonnulla in hoc colloquio non modo perobscure, sed ne apte quidem dicta essent.

890. *ὅποι χρῄζεις*] C. *ὅπῃ*. Vulgatum verum est, ex imitatione Eurip. v. schol. ERN. B. D. et alius Regius, atque Elbing. *ὅπῃ*. Sed membr. *ὅποι*. Id non propter Euripidis imitationem verum esse putandum est, sed quia etiam ipse Aristophanes sic scripturus erat. Nam *ὅπῃ* vel *quaqua via* est, vel *in quemquem locum*; *ὅποι* vero *ad quemquem locum.*

ΔΙΚΑΙΟΣ

ἥττων γ' ὤν.

ΑΔΙΚΟΣ

ἀλλά σε νικῶ, τὸν ἐμοῦ κρείττω
φάσκοντ' εἶναι.

ΔΙΚΑΙΟΣ

τί σοφὸν ποιῶν;

ΑΔΙΚΟΣ

γνώμας καινὰς ἐξευρίσκων.

ΔΙΚΑΙΟΣ

ταῦτα γὰρ ἀνθεῖ διὰ τουτουσί

---

892. ἥττων γ' ὤν] Ib. delet γ' quod tamen molliorem orationem facit. ERN. Abest etiam a Bavar. et Ven. At non modo molliorem orationem facit, sed plane necessarium est, nisi quis haec verba, ἥττων ὤν, cum interrogatione pronuncianda censeat, quod neminem facturum speramus. Reisigius quum iniusto oratori coniuncta tribuit, λόγος ἥττων γ' ὤν· ἀλλά σε νικῶ, τὸν ἐμοῦ κρείττω φάσκοντ' εἶναι, tria in hunc locum intulit, quae haud multis placitura puto: primum, quod confitentem fecit oratorem, se ἥττονα esse; deinde quod exprobrantem alteri nondum dicta ab illo; denique quod dicentem ingenio suo haud paullo minus convenientia, quam quae in antiqua personarum distinctione dicit. Nam interrogatus qui sit, si respondet, λόγος, eo fiduciam suam atque impudentiam ostendit: tantumdem est enim ac si dicat, *idem quod tu.* Ad quod quum alter respondit ἥττων γ' ὤν, eam exprobrationem tantum abest ut aegre ferat, ut ea etiam glorietur, rideatque iustum oratorem, quod ei meliori sibi viso ipse deterior videatur.

893. Videatur fortasse cuipiam ἀλλὰ σὲ νικῶ scribendum esse, sed praestare puto vulgatam accentuum notationem: non enim quod hunc vincat, sed quod vincat, quamvis deterior sit, gloriatur.

895. μὲν ἐφευρίσκων] L. C. Ib. et edd. vett. delent μέν, quod hic non satis aptum videtur, quia nihil respondet. Deinde Vat. R. Ia. ἐξευρίσκων, quod placet Bentleio et Kustero, sublatoque τῷ μὲν necessario recipiendum est. ERN. Vulgo γνώμας καινὰς ἐφευρίσκων. *Μὲν* Kustero debetur. Ἐξευρίσκων etiam Brunckius ex A. B. recepit. Videtur hoc etiam in Ravennate et Veneto esse, habentque alii boni codices. Ravennas: καὶ ταῦτα γὰρ ἀνθεῖ διὰ τουτουσί. Brunckius male interrogationis signum addidit: sed in versione eius nulla interrogatio. Sensus est: horum nimirum stultitia fit, ut tua commenta laudentur. Scholiastes simpliciter Athenienses dici putat. At in Socraticos hoc τουτουσί dicit orator: unde alter οὔκ, ἀλλὰ σοφούς respondet.

τοὺς ἀνοήτους.

ΑΔΙΚΟΣ

οὔκ, ἀλλὰ σοφούς.

ΔΙΚΑΙΟΣ

ἀπολῶ σε κακῶς.

ΑΔΙΚΟΣ

εἰπέ, τί ποιῶν;

ΔΙΚΑΙΟΣ

τὰ δίκαια λέγων.

ΑΔΙΚΟΣ

ἀλλ' ἀνατρέψω 'γὼ αὔτ' ἀντιλέγων·
οὐδὲ γὰρ εἶναι πάνυ φημὶ δίκην.

ΔΙΚΑΙΟΣ

οὐκ εἶναι φῄς,

ΑΔΙΚΟΣ

φέρε γάρ, ποῦ 'στίν;

ΔΙΚΑΙΟΣ

παρὰ τοῖσι θεοῖς.

ΑΔΙΚΟΣ

πῶς δῆτα δίκης οὔσης ὁ Ζεὺς
οὐκ ἀπόλωλεν, τὸν πατέρ' αὑτοῦ
δήσας;

ΔΙΚΑΙΟΣ

αἰβοῖ· τουτὶ καὶ δὴ
χωρεῖ τὸ κακόν· δότε μοι λεκάνην.

---

899. Legebatur ἀλλ' ἀνατρέψω ταῦτ' ἀντιλέγων. Rav. Ven. ἀναστρέψω. Quod olim ex libro Ravennate a me receptum etiam Reisigius posuit, γ' αὔτ', non admittit aptam explicationem. Debebat vero optimi codicis scriptura admonere, reponendum esse ἀλλ' ἀνατρέψω 'γὼ αὔτ' ἀντιλέγων. Simillima crasis in Eccles. 560. ἐφ' ἣν ἐγὼ ᾠχόμην, simili modo ut hic obscurata, nuper Reisigio duce in Coni. p. 309. scribendo in ἐγᾠχόμην contracta. Conferri poterunt, quae [illegible]. 1037. adnotavimus.

906. καὶ δὴ] Hoc καὶ nullum hic sensum habere videtur Dukero, qui corrigit ποῖ, acute sane: qnamquam ei locus omnino suspectus. ERN. *Καὶ δὴ* est *nunc ipsum.* Vis verborum propemodum ea est, qua nos dicimus: *jetzt wird mirs zu arg.*

907. Verba δότε μοι λεκάνην affert Suidas v. δότε. Apud eum-

ΑΔΙΚΟΣ
τυφογέρων εἶ, κἀνάρμοστος.
ΔΙΚΑΙΟΣ
καταπύγων εἶ, κἀναίσχυντος.
ΑΔΙΚΟΣ
ῥόδα μ' εἴρηκας.
ΔΙΚΑΙΟΣ
καὶ βωμολόχος.
ΑΔΙΚΟΣ
κρίνεσι στεφανοῖς.
ΔΙΚΑΙΟΣ
καὶ πατραλοίας.
ΑΔΙΚΟΣ
χρυσῷ πάττων μ' οὐ γιγνώσκεις.
ΔΙΚΑΙΟΣ
οὐ δῆτα προτοῦ γ', ἀλλὰ μολύβδῳ.
ΑΔΙΚΟΣ
νῦν δέ γε κόσμος τοῦτ' ἐστὶν ἐμοί,

---

dem v. λεκάνια, additur ἵν' ἐμέσω, quod additamentum etiam Aristophanis nonnulli codices habent. In Etym. M. p. 337, 1. id scriptum ἵν' ἐξεμέσω, et sic etiam in Excerptis ex Graecis codd. MSS. apud Nanios asservatis p. 492. Verba illa ἵν' ἐξεμέσω leguntur in Acharn. 586.

910. Compara similem locum Plauti Pseud. I. 3, 125. seqq.

911. Rav. κρίνεσσι.

912. Rav. γινώσκεις.

913. Recte Brunckius μολύβδῳ pro μολίβδῳ quod etiam in Ven. est, edidit. V. Moerin eiusque interpretes. Cod. Ven. pro γ' habet τ', unde nihil lucri. Quomodo haec verba explicanda sint, nec veteres nec recentiores interpretes dixere. Patet sententiam requiri hanc: olim huiusmodi dictis non aurum, sed plumbum visus essem in te coniicere. Id esset, οὐ δῆτα προτοῦ γ' ἄν, ἀλλὰ μολύβδῳ, ut supra v. 5. οἱ δ' οἰκέται ῥέγκουσιν· ἀλλ' οὐκ ἂν προτοῦ. Nunc quum ἂν inseri nequeat, non satis perspicio quom[illegible] haec expedienda sint, nisi excidisse versiculum statuamus. Nam sive ἔπαττον, sive οὐκ ἐγίγνωσκον ex praecedentibus repetas, de eo quod vere factum sit loqui videbitur orator. Plana essent omnia, si legeretur: οὐ δῆτα προτοῦ γ' ἄν, ταῦτα λέγων, ἀλλὰ μολύβδῳ. Si tamen defendenda est librorum scriptura, sic erit existimandum,

ΔΙΚΑΙΟΣ

θρασὺς εἶ πολλοῦ.

ΑΔΙΚΟΣ

σὺ δέ γ' ἀρχαῖος.

ΔΙΚΑΙΟΣ

διὰ σ' οὐ φοιτᾶν

---

repeti debere ἔπαττον, sensumque hunc esse: non sane olim te auro, sed plumbo petebam, talia dicens. Quorum haec vis erit, ut dicat olim ipsos illos homines perditos haec in conviciis numerasse.

915. Suidas v. πολλοῦ hoc ἀντὶ τοῦ πάνυ in hoc loco dictum ait. Berglerus ad Alciphr. I. 9. comparat quod ibi legitur πολλοῦ δύνασθαι. Sed id quidem Alciphronem πολὺ scripsisse credibilius est. Matthiae in gramm. Gr. §. 339. p. 648. hanc locutionem, quam miram esse fatetur, sic explicat, uti quum de pretio dicitur genitivus vel quum de eo propter quod quid fit. Neutra ratio satis commoda videtur. Vt Graeci dicunt κακὰ κακῶν, ἔσχατα ἐσχάτων κακά, ἄῤῥητα ἀῤῥήτων, πιστὰ πιστῶν· vide Soph. Oed. Col. 1138. Philoct. 65. Oed. R. 465. Aeschyl. Pers. 683. qui longius etiam in hoc genere progressus δέσποτα δεσπότου v. 669. et, nisi fallor, eodem modo v. 677. δυνάστα δυνάστα dixit: sic dixerunt etiam πολὺς πολλοῦ. Aristoph. Ran. 1046. de Venere, cuius multa fiat apud Euripidem mentio:

ἀλλ' ἐπὶ σοί τοι καὶ τοῖς σοῖσιν πολλὴ πολλοῦ 'πικάθητο.

et in Equit. v. 822.

πολλοῦ δὲ πολύν με χρόνον καὶ νῦν ἐλελήθης ἐγκρυφιάζων.

Simili quodam modo dictum coniicio θρασὺς πολλοῦ, id ut sit θρασὺς πολλοῦ τοῦ θρασέος, quasi dicas, ex multis vel ante multos audax. G. Dindorfius ad Aristid. vol. II. p. 325. ubi scriptum est, φάσκοντες γέροντά τε εἶναι πολλοῦ καὶ παραφρονεῖν ἤδη, quo loco scholiastes πάνυ adscripsit, praeter Aristophanem et Alciphronem commemoravit Eupolidis versus apud Priscianum p. 1328. (II. p. 415. ed. Krehl.)

ἀνόσια πάσχω ταῦτα, ναὶ μὰ τὰς νύμφας.
πολλοῦ μὲν οὖν δίκαια, ναὶ μὰ τὰς κράμβας.

Ita pro Putschii lectione πολλοὶ codex, quo usus est Lindemannus in Prisciani Oper. min. quem vide p. 249. seq. — In fine versus Ven. καὶ addit ante σύ.

916. Vulgo, διὰ σὲ δὲ φοιτᾶν. Fuisse olim, qui v. 916. 917. iniusto oratori continuarent, testis est scholiastes: τοῦ αὐτοῦ δεῖν πάντα εἶναί φασι, τοῦ ἥττονος λόγου. οὐ θέλει γάρ, φησί, τὰ μειράκια διὰ τὴν σὴν εὐήθειαν φοιτᾶν, ὡς μαθησόμενα τὰ χρήσιμα μαθήματα. Ac sunt nonnulla, quae pro ea ratione dici possint. Sed

οὐδεὶς ἐθέλει τῶν μειρακίων.
γνωσθήσει τοι πότ' Ἀθηναίοις,
οἷα διδάσκεις τοὺς ἀνοήτους.

ΑΔΙΚΟΣ

αὐχμεῖς αἰσχρῶς.

ΔΙΚΑΙΟΣ

σὺ δέ γ' εὖ πράττεις·
καίτοι πρότερόν γ' ἐπτώχευες,

---

requireret illa talem scripturam, καὶ διά σ' οὐδεὶς φοιτᾶν ἐθέλει, vel διὸ καὶ φοιτᾶν οὐδεὶς ἐθέλει: quamquam διὸ non memini apud Aristophanem legisse. Alia vero obstant illi personarum descriptioni, et maxime, quod deinde iusto oratori dicendum fuisset σὺ δὲ γνωσθήσει, quod per metrum fieri non potest. Quamobrem personas quidem recte vulgo distinctas esse arbitror, sed non recte scriptum διά σὲ δὲ φοιτᾶν. Nam etsi hic proceleusmaticus per se non potest reprehendi, tamen valde suspectus est, quum hoc sit unicum eius in legitimis anapaestis apud Aristophanem exemplum. Nam quod Brunckius ex Equit. v. 503. affert, προςέχετε τὸν νοῦν, hodie emendate scribitur πρόσχετε τὸν νοῦν. Accedit, quod etiam librorum scriptura fluctuat, quorum in multis, in quibus est Venetus, deest δέ, in aliis autem pro eo scriptum δή. Ac facile videat quis, δὲ deberi metricis. Quare reposui, quod patet quomodo neglectum sit ab librariis, οὐ: διά σ' οὐ φοιτᾶν οὐδεὶς ἐθέλει.

917. Rav. Ven. θέλει.

918. Legebatur olim γνωσθήσει πότ' Ἀθηναίοισιν. Recentiores editores ex codd. nonnullis, in quibus est Dorvillianus, καὶ adiecerunt, et dederunt Ἀθηναίοις, quod ipsum codd. quidam habent. Sed καὶ illud non exstat in Rav. Ven. et membranis Brunckii, ut vel propterea suspectum esse debeat. Est vero etiam per se suspectum, quia hic non copulam, sed particulam asseverantem requirimus. Quare τοι inserui. Quod quomodo exciderit, palaeographicas emendationes amantibus non erit obscurum. Scriptum perperam, ut saepe, τι, vel neglectum est ab librariis propter sequens π, vel omissum, quod non aptum esset.

920. αὐχμεῖς αἰσχρῶς] Etsi de sordido vestitu accipi potest, qui est signum paupertatis: tamen propter oppositum εὖ πράττεις malim accipere de paupertate ipsa. Sic αὐχμὸν pro penuria dixisse videtur in Pl. 839. ubi v. schol. et Hemsterh. Sic αὖος ἀκριβῶς ap. Lucian. Dial. Mort. 24. add. Kuster. ad Thesmoph. 833. ERN. At est hoc proprie de sordido atque immundo corporis cultu intelligendum, qui ut signum paupertatis exprobratur iusto oratori, destituto discipulis, a quibus pecuniam pro disciplina accipiat.

921. Sententia his subest haec: qui mala ista dicendi artificia et subtiles fallacias doceant, iam multum pecuniae corradere, vitam-

Τήλεφος εἶναι Μυσὸς φάσκων,
ἐκ πηριδίου
γνώμας τρώγων Πανδελετείους.

ΑΔΙΚΟΣ

ὤμοι σοφίας,

ΔΙΚΑΙΟΣ

ὤμοι μανίας,

ΑΔΙΚΟΣ

ἧς ἐμνήσθης.

ΔΙΚΑΙΟΣ

τῆς σῆς, πόλεώς θ',
ἥτις σε τρέφει
λυμαινόμενον τοῖς μειρακίοις.

ΑΔΙΚΟΣ

οὐχὶ διδάξεις τοῦτον, Κρόνος ὤν.

---

que agere lautam et splendidam, olim autem contemptos fuisse et vix habuisse unde victum pararent. Id ei carpendi Euripidis opportunitatem praebet, cuius Telephum, multa subtiliter disputantem, sententias Pandeleteas ex pera vorare dicit.

922. In fine versus Rav. addit δύςτροπος.

924. R. L. Πανδελετίους. ERN. Sic etiam Rav.

925. Vulgo: *ΑΔ.* ὤμοι σοφίας, ἧς ἐμνήσθης. *ΔΙΚ.* ὤμοι μανίας τῆς σῆς πόλεως θ'. Haec quum nihil habeant quod reprehendi possit, nemini in mentem venisset mutare, nisi optimi codd. Rav. et Venetus ordinem dictorum eum praebuissent, quem primus recepit ex illis libris Bekkerus. Et tamen vulgatus ordo praeferendus esset, si μανίας τῆς σῆς coniunctim dictum ita interrumperetur. Patet vero, id quód interpungendo significavimus, divisim dici, ὤμοι μανίας, τῆς σῆς, πόλεώς τε. Illa quem sensum haberent, ὤμοι σοφίας, ἧς ἐμνήσθης, non percepit Wolfius, omnino ille parum felix interpres Aristophanis, qui sic vertit: *o du kennst nicht den geist, der dir aergerniss macht.* Intellexit Vossius, vertens: *o der weisheit doch, die dir jezt einfiel.* Vide Eq. 1277. Vah, inquit, doctrinam, quam affers. Libri hic variant in interiectione, alii ὤμοι, alii ᾤμοι, alii, in quibus Venetus, οἴμοι. Vide schol. ad v. 770.

928. In libello de constructione verborum, quem adiunxi iis quae de emendanda ratione Graecae grammaticae scripsi, p. 382. legitur: λυμαίνομαι καὶ ἐπὶ ἐνεργείας καὶ ἐπὶ πάθους. λυμαίνομαι, ἀντὶ τοῦ λυπῶ καὶ παραφθείρω καὶ βλάπτω, δοτικῇ, ὡς Ἀριστοφάνης· ἑκάστοτε λυμαινομένων τοῖς μειρακίοις.

929. Rav. Ven. omittunt τοῦτον. Κρόνος de sene dictum ad-

ΔΙΚΑΙΟΣ

εἴπερ γ' αὐτὸν σωθῆναι χρή,
καὶ μὴ λαλιὰν μόνον ἀσκῆσαι.

ΑΔΙΚΟΣ

δεῦρ' ἴθι, τοῦτον δ' ἔα μαίνεσθαι.

ΔΙΚΑΙΟΣ

κλαύσει, τὴν χεῖρ' ἢν ἐπιβάλλῃς;

ΧΟΡΟΣ

παύσασθε μάχης, καὶ λοιδορίας.
ἀλλ' ἐπίδειξαι
σύ τε τοὺς προτέρους ἅττ' ἐδίδασκες,
σύ τε τὴν καινὴν
παίδευσιν, ὅπως ἂν ἀκούσας σφῷν
ἀντιλεγόντοιν, κρίνας φοιτᾷ.

ΔΙΚΑΙΟΣ

δρᾶν ταῦτ' ἐθέλω.

ΑΔΙΚΟΣ

κἄγωγ' ἐθέλω.

ΧΟΡΟΣ

φέρε δή, πότερος λέξει πρότερος;

---

notavit grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 43, 29. Hic eum significat, qui vetustis et obsoletis moribus est.

932. τοῦτον] Δ' omissum, vulgo, sed et ad sententiam et ad metrum necessarium, plerique codd. habent. Recepit Brunckius, ἔα in unam syllabam contracto, quam rem exemplis confirmavit ad Ranas 1243.

933. Quod nonnulli codd. in iisque Rav. et Venetus habent, ἢν ἐπιβάλῃς, si per metrum liceret, praeferret quis forsitan. Ab eo ἐπιβάλλῃς sic differt, ut non solum primam manuum iniectionem notet, sed vim iniectis manibus trahentis.

936. Rav. et Ven. male σύ γε.

941. φέρε] R. addit δή. Mox πρότερον Ia. ὑμῶν del. L. Ia. ERN. Vulgo legebatur, φέρε τίς λέξει πρότερος ὑμῶν. Brunckius edidit metri caussa, φέρε, τίς λέξει πρότερός γ' ὑμῶν; Ac γὲ putat hic eumdem usum versus fulciendi praestare, quem habet v. 919. καίτοι πρότερόν γ' ἐπτώχευες. At nemo iam, credo, dubitat, quin illud fulcrum non unice versus caussa veteres poetae addiderint, sed ita, ut illud semper aliquid etiam ad sententiam conferret. Verum quis Graece peritus non sentiat illam particulam hic non posse satis

ΑΔΙΚΟΣ

τούτῳ δώσω·
κἀτ' ἐκ τούτων ὧν ἂν λέξῃ
ῥηματίοισιν καινοῖς αὐτὸν
καὶ διανοίαις κατατοξεύσω.
τὸ τελευταῖον δ', ἢν ἀναγρύξῃ,
τὸ πρόσωπον ἅπαν καὶ τὠφθαλμὼ
κεντούμενος, ὥσπερ ὑπ' ἀνθρηνῶν,
ὑπὸ τῶν γνωμῶν ἀπολεῖται.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ

νῦν δείξετον τὼ πισύνω στρ.
τοῖς περιδεξίοισιν
λόγοισι καὶ φροντίσι καὶ
γνωμοτύποις μερίμναις,
ὁπότερος αὐτοῖν λέγων
ἀμείνων φανήσεται.

---

apte adhiberi? Remotae per codices multa exempla, in quibus hoc quoque, dedit Elmsleius ad Med. 1334. Nimirum quam quis ex Ernestii codd. coniectura facile eruere possit lectionem, ea planissime exstat in libro Ravennate:

φέρε δή, πότερος λέξει πρότερον;

Reisigius edidit φέρε δή, πότερος πρότερος λέξει; Et πρότερος quidem etiam Porsonus, quem sequutus sum, exemplis apud Dobraeum p. 35. allatis adductus.

948. Rav. et omnes Dobraei codd. ἀνθρήνων. Suidas et edd. Aristophanis ἀνθρηνῶν.

950. Praefigebatur χορός. At huiuscemodi cantiones ab hemichoriis et ne ab his quidem sic ut cantores hemichorii omnes concinerent, cantatos esse et res ipsa et metra produnt. Cod. Ven. δεῖξον.

951. Vulgo legitur περιδεξίοισιν, quod est etiam in MS. Bavar. Idque elegantius est, quam quod Brunckius edidit, περιδεξίοισι, ν paragogico omisso.

953. γνωμοτύποις] R. γνωμοτύπαις. ERN. Id etiam in membranis est et cod. Dorv. In Rav. et Ven. γνωμοτύποισι.

954. Vulgo, quae mala est metricorum correctio, legebatur

ὁππότερός γ' αὐτοῖν λέγων
ἀμείνων φανήσεται.

Brunckius restituit codicum scripturam ὁπότερος αὐτοῖν, quorum perpauci γ' habent. Pro φανήσεται cod. Venetus habet γενήσεται. Pro ἀμείνων autem in cod. Dorvilliano est ἀμείνω cum interpretatione κρείττω. Vnde quis, quo simul metro prospiciatur, τἀμείνω

νῦν γὰρ ἅπας ἐνθάδε κίν-
δυνος ἀνεῖται σοφίας,
ἧς πέρι τοῖς ἐμοῖς φίλοις
ἐστὶν ἀγὼν μέγιστος.
ἀλλ' ὦ πολλοῖς τοὺς πρεσβυτέρους ἤθεσι χρηστοῖς στεφα-
νώσας,
ῥῆξον φωνήν, ᾗτινι χαίρεις, καὶ τὴν σαυτοῦ φύσιν εἰπέ.

ΔΙΚΑΙΟΣ

λέξω τοίνυν τὴν ἀρχαίαν παιδείαν, ὡς διέκειτο,

---

coniiciat. Metro quidem ego consulendum putavi articulo adiecto, id est, apposito spiritu aspero.

956. Brunckius pro ἐνθάδε reposuit ἐνταῦθα, quod in codd. quibusdam explicationis caussa supra scriptum, ut versus cum antistrophico congrueret. Sed etiam Suidas v. νῦν πᾶς habet, νῦν πᾶς κίνδυνος ἐνθάδ' ἀνεῖται.

961. Rav. Ven. αὑτοῦ pro σαυτοῦ.

962. Continuatur hic imitatio Herculis Prodicii. Hunc autem locum imitatus est Plautus in Bacchid. v. Lips. Quaest. per Epist. III. 17. ERN. Id est in Quaestionibus epistolicis. Locus Plauti est in Bacchidibus III. 3, 16. seqq.

Sed tu, qui tam pro corrupto caussam dicis filio,
eademne erat haec disciplina tibi, quum tu adolescens eras?
nego tibi hoc annis viginti fuisse primis copiae,
digitum longe a paedagogo pedem ut efferres aedibus.
ante solem exorientem nisi in palaestram veneras,
gymnasi praefecto poenas haud mediocres penderes.
id quoi obtigerat, hoc etiam ad malum accersebatur malum:
et discipulus et magister perhibebantur improbi.
ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugilatu, pila,
saliendo sese exercebant, magis quam scorto aut saviis,
ibi suam aetatem extendebant, non in latebrosis locis.
inde de hippodromo et palaestra ubi revenisses domum,
cincticulo praecinctus in sella apud magistrum assideres.
quum librum legeres, si unam peccavisses syllabam,
fieret corium tam maculosum, quam est nutricis pallium.

Versum 962. affert Dionys. Hal. de comp. verb. c. 25. p. 388. ed. Schaef. Complures versus ex hac oratione posuit Aristides T. II. p. 162. ed. Iebb. ad quem locum videnda scholia a Frommelio edita p. 202. seqq. Sextum Empiricum, quum adv. mathem. VI. 15. p. 359. afferre vellet v. 962—965. pro primis duobus posuisse hunc,

λέξω τοίνυν βίον ἐξ ἀρχῆς, ὃν ἐγὼ θνητοῖσι παρεῖχον,

qui Teleclidae est, apud Athenaeum VI. p. 268. B. adnotavit Porsonus ad Phoen. 567.

ὅτ' ἐγὼ τὰ δίκαια λέγων ἤνθουν, καὶ σωφροσύνη 'νενόμιστο.
πρῶτον μὲν ἔδει παιδὸς φωνὴν γρύξαντος μηδέν' ἀκοῦσαι·
εἶτα βαδίζειν ἐν ταῖσιν ὁδοῖς εὐτάκτως ἐς κιθαριστοῦ
τοὺς κωμήτας γυμνοὺς ἀθρόους, κεἰ κριμνώδη κατανίφοι.
εἶτ' αὖ προμαθεῖν ᾆσμ' ἐδίδασκεν, τὼ μηρὼ μὴ ξυνέχοντας,
ἤ, Παλλάδα περσέπολιν δεινάν, ἤ, Τηλέπορόν τι βόαμα,

---

963. Rav. νενόμιστο, ut edd. vett.

964. R. Ia. παιδὸς φωνήν, sic et Aristides Or. pro Quatuorviris. Probat Bentleius. ERN. Aristides p. 168. 169. sive p. 162. ed. Iebb. et Sextus. Ita etiam Brunckius e tribus Regiis, confirmaruntque hunc ordinem verborum alii codd. atque, ut videtur, etiam Rav. et Ven. Vulgo φωνὴν παιδός. Tum nonnulli male μηδέν.

965. Ia. εὐτάκτως ἐν ταῖσιν ὁδοῖς. Idem ἐς κιθαριστοῦ pro εἰς, quod ut magis solenne Aristophani et Atticis praetuli. ERN. Εὐτάκτως ἐν ταῖσιν ὁδοῖς ἐς κιθαριστοῦ etiam Bavar. et Elbing. Ἐς κιθαριστοῦ Brunckius quoque e B. D. In Rav. est εἰς. Tum κιθαριστὰς Ven.

966. τοὺς κωμήτας] Gl. cod. C. πολίτας. ERN. Κωμῆται sunt, qui proprie vicini dicuntur, i. e. eodem in urbis vico habitantes. Vid. Phot. v. κώμην et κωμήτης. Ita in Lysistr. 5. ἐμὴ κωμῆτις.

κεἰ κριμνώδη] Variant libri, κρημνώδη, quod etiam in Ven. est, κριμνώδη, κρυμώδη exhibentes. Adde Suidam v. κρημνώδη. Κρυμώδη etiam apud Aristidem legitur. Brunckius in addendis glossam ψυχρότατα refert, et κρυμνώδη legendum putat. Immo hoc debebat esse κρυμώδη a κρυμός, ut apud Dionys. Perieg. 780. de Thermodonte,

κείνου δ' ἂν ποταμοῖο περὶ κρυμώδεας ὄχθας
τέμνοις κρυστάλλου καθαρὸν λίθον.

Vtrumque bene se habet, et κριμνώδη et κρυμώδη. Homerus Iliad. XII. 278.

ὥςτε νιφάδες χιόνος πίπτουσι θαμειαί,
ἤματι χειμερίῳ.

Et XV. 170.

ὡς δ' ὅτ' ἂν ἐκ νεφέων πτῆται νιφὰς ἠὲ χάλαζα
ψυχρὴ ὑπὸ ῥιπῆς αἰθρηγενέος Βορέαο.

Vtrique lectioni tuendae aptus est locus Iliad. XIX. 357.

ὡς δ' ὅτε ταρφειαὶ νιφάδες Διὸς ἐκποτέονται,
ψυχραί, ὑπὸ ῥιπῆς αἰθρηγενέος Βορέαο.

Praeferendum tamen duxi κριμνώδη, quod et magis comicum videtur, et nescio an aptius sit. Nam in nivibus primo et praecipue spectatur densitas, eaque merito etiam potius commemoranda est, quam frigus, quod sponte intelligitur.

967. Ven. ἐδίδαξε.

968. Rav. cum plerisque libris περσέπτολιν, quod est etiam apud Aristidem et Dion. Chrysost. or. XIII. p. 417. ed. Reisk.

ἐντειναμένους τὴν ἁρμονίαν, ἣν οἱ πατέρες παρέδωκαν.
εἰ δέ τις αὐτῶν βωμολοχεύσαιτ', ἢ κάμψειέν τινα καμπήν,

---

969. Rav. ἐντυναμένης, Venetus ἐντυνομένης, supra scripto ad secundam syllabam η. Alius apud Dobraeum codex ἐκτειναμένους. Ἐντειναμένους tuentur caeteri, Aristides, grammaticus in libello de constr. verb. a me editus p. 391. Suidas v. βωμολοχεύσαιτο, tum etiam glossatores. Ἐντειναμένης, quo codd. Rav. et Ven. scriptura ducit, defendi poterit, si τῆς κιθάρας intelligatur. Plane diversum genus dicendi est ἐντείνειν εἰς μέτρον vel εἰς ποιήματα, de quo dixit Heindorfius ad Plat. Phaedon. 10. p. 17.

970. βωμολοχεύσαιτ'] V. Suidas in h. v. Haec vox occurrit et in fragm. Aristoph. ap. Suid. in Χιάζειν, ubi v. Toup. sed ibi additur versus, qui non est in editis, et non vidit Toupius: eum recipiendum putat Valckenar. Diatribe in Eurip. fr. p. 224. ERN. Versus quem Brunckius, Valckenarii auctoritate permotus e Suida post v. 970. addidit, hic est:

αὐτὸς δείξας, ἔν θ' ἁρμονίαις Χιάζων ἢ Σιφνιάζων.

Addendum censebat etiam Porsonus, quem vide apud Dobraeum p. 37. et in Miscell. a Kiddio editis p. 22. praecipue vero in Append. ad Toup. vol. IV. p. 482. ad vol. II. p. 377. Et sane veri simile id videatur necesse est consideranti quae apud Suidam scripta sunt: Χιάζειν. Πραξιδάμας Δημόκριτον τὸν Χῖον καὶ Θεοξενίδην τὸν Σίφνιον πρώτους ἐπὶ χρώματος τάξαι τὴν ἰδίαν ποίησιν· ὡς Ἰσοκράτης ἐν τοῖς πρὸς Εἰδοθέαν. ὡς παρ' Ἀριστοφάνει τεταγμένον· ὑποτείνει δέ τις αὐτὸν βωμολοχεῦσαι, αὐτὸς δείξας ἐν ἁρμονίαις Χιάζων ἢ Σιφνιάζων. Videntur Suidae verba hoc modo emendanda esse: ὡς Σωκράτης ἐν τοῖς πρὸς Εἰδόθεον παρ' Ἀριστοφάνει τεταγμένον ὑποφαίνει, εἰ δέ τις et caet. Socrates ἐν τῷ πρὸς Εἰδόθεον citatur in schol. Apoll. Rhod. I. 1207. tum olim, tum e cod. Paris. editis. Accedunt ad Suidam haec Pollucis IV. 65. 66. τὸ μέντοι σιφνιάζειν καὶ χιάζειν, τὸ περιέργοις μέλεσι χρῆσθαι, ἀπὸ Δημοκρίτου τοῦ Χίου καὶ Φιλοξένου τοῦ Σιφνίου, ὃς καὶ Ὑπερτονίδης ἐκαλεῖτο. καὶ Φρῦνιν δὲ τὸν Κάμωνος μέλεσι πολυκαμπέσι τοῖς ὑπὸ τῶν κωμῳδῶν δυςκολοκάμπτοις κληθεῖσι κεχρῆσθαι λέγουσι. Attamen non solum ipse Suidas refragatur, qui in v. βωμολοχεύσαιτο et δυςκολοκάμπτους hos versus continuos afferens non habet istum versum, sed etiam versus ipse eiusmodi est, ut non videatur hic ei locus fuisse. Nam quid est αὐτὸς δείξας de discipulo dictum? Magistro id artis musicae convenit, sua inventa alios docenti, aut publice ostentanti, non discipulo aliquid ultra praescripta audenti. Atque ipsa verba ostendunt, si paucis comprehendas, sensum esse: neque sua ipsius inventa proferens, neque imitans alios. Quare rectius, opinor, iudicasset Porsonus, si aut quod de v. 962. ad Phoen. 567. monuit, etiam vel

οἷας οἱ νῦν τὰς κατὰ Φρῦνιν ταύτας τὰς δυςκολοκάμπτους, ἐπετρίβετο τυπτόμενος πολλὰς, ὡς τὰς Μούσας ἀφανίζων. ἐν παιδοτρίβου δὲ καθίζοντας τὸν μηρὸν ἔδει προβαλέσθαι

Suidae vel Socrati accidisse statuisset, ut vel poetarum diversorum vel diversarum fabularum locos confunderent, aut in priore Nubium editione scriptum hunc versum fuisse coniecisset, ita ut illic de magistris praedicarentur, quae hic vituperantur in discipulis. Aegre ferimus, quod ab Aristide nihil auctoritatis in hac re accedit: nam is versus 970. et 972. coniunxit, omissis quae inter eos media verba sunt.

971. De Phrynide v. Plutarch. de musica p. 1133. B. Burettium in Comment. Acad. Paris. Inscr. T. X. p. 268. et Kühnium ad Pollucem, IV. 66. p. 385.

972. V. Thom. Mag. et ibi Intt. ERN.

973. Suid. in παιδοτρίβου male βαδίζοντας. Προβαλέσθαι non bene interpretatur scholion: est *porrigere*, *non contrahere pedes et crura*. ERN. Βαδίζοντας etiam Suidas MS. apud Porsonum. Cod. Ven. καθίζοντος. Brunckius glossas affert, ἐνδύεσθαι, περιβαλέσθαι, et ex alio codice, προαγαγεῖν, προτείνειν. Quarum interpretationum priorem praefert, ut προβαλέσθαι τὸν μηρὸν sit praetenta tunica, vel praetento cingulo femora obtegere. In quo fallitur. Nam primum προβάλλεσθαι simpliciter dictum, non addito nomine eius rei, qua quid tegitur, proprium est pugnantium. Xenophon Cyrop. II. 3, 10. καὶ ἐγώ, ἔφη, ἐκ παιδίου εὐθὺς μὲν προβάλλεσθαι ἠπιστάμην πρὸ τούτου, ὅτῳ ἂν ᾤμην πληγήσεσθαι· καί, εἰ μὴ ἄλλο μηδὲν ἔχοιμι, τὼ χεῖρε προέχων ἐνεπόδιζον, ὅ τι ἠδυνάμην, τὸν παίοντα· καὶ τοῦτο ἐποίουν οὐ διδασκόμενος, ἀλλὰ καὶ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ παιόμενος, εἰ προβαλλοίμην. Deinde non μηρὸν dicere debebat, sed μηροῦ, ut Aelianus V. H. IX. 13. κιβωτὸν τοῦ σώματος προβαλλόμενος. Solet enim huic verbo accusativus addi eius rei, qua quid tegitur. Ita ὅπλα προβάλλεσθαι, de qua formula dixit Cuperus Obss. I. 12. Ita Xenophon Cyrop. VI. 3, 24. προβεβλημένοι δὲ τοὺς θωρακοφόρους μενοῦσι. Et VII. 5, 3. καὶ οἱ σὺν αὐτῷ δὲ ἀπέθνησκον, ὁ μὲν προβαλλόμενός τι, ὁ δὲ φεύγων, ὁ δέ γε καὶ ἀμυνόμενος ὅτῳ ἐδύνατο. Aristophanes in Lysistr. 987.

τί δὴ προβάλλει τὴν χλαμύδα;

Ac quo minus quis in Ernestii explicatione acquiescere dubitet, de protendendo pede hic agi ex alio simillimo Aristophanis loco patet, in Ranis v. 201.

οὔκουν προβαλεῖ τὼ χεῖρε κἀκτενεῖς;

Nimirum pueri in gymnasio humi sedentes iubentur pedes protendere, ne adductis pedibus foedum et obscenum spectatoribus adspectum praebeant. Eadem de caussa arenam, in qua sedissent, conturbari oportebat, quod paullo post narratur.

τοὺς παῖδας, ὅπως τοῖς ἔξωθεν μηδὲν δείξειαν ἀπηνές·
εἶτ' αὖ πάλιν αὖθις ἀνιστάμενον συμψῆσαι, καὶ προνοεῖσθαι
εἴδωλον τοῖσιν ἐρασταῖσιν τῆς ἥβης μὴ καταλείπειν.
ἠλείψατο δ' ἂν τοὐμφαλοῦ οὐδεὶς παῖς ὑπένερθεν τότ' ἄν, ὥστε
τοῖς αἰδοίοισι δρόσος καὶ χνοῦς, ὥσπερ μήλοισιν, ἐπήνθει.
οὐδ' ἂν μαλακὴν φυρασάμενος τὴν φωνήν, πρὸς τὸν ἐραστὴν

---

974. ἀπηνές] Gl. ἀπαίδευτον. ERN.

975. συμψῆσαι] Gl. ὁμαλίσαι, *complanare pulverem*, et *obruere impressam speciem*. Versum seq. eodem modo profert Suid. in συμψῆσαι, quo in libris edd. est. At Bentleius caesurae causa in principio addit ὥςτ', et in fine delet γε cum Kustero et Toupio (qui et corr. ἐρασταῖσιν) quod saepe a nostris duobus, R. et Ia. abest. Placet. ERN. Brunckius ξυμψῆσαι edidit, quam formam licet Attici scriptores non certa quadam et constanti consuetudine adhibuerint, de qua re dixerunt Hemsterhusius ad Lucian. vol. I. p. 94. et Wolfius in praefat. ad Platonis Symposium p. 17. seq. credibile tamen est eos molliore littera uti maluisse, ubi aliae asperiores litterae vicinae essent. Codd. et Suid. in v. habent συμψῆσαι. Caeterum nos e libris Ravennate et Veneto edidimus, ἀνιστάμενον συμψῆσαι καὶ προνοεῖσθαι, pro vulgato, ἀνισταμένους συμψῆσαι καὶ προνοῆσαι. Προνοῆσαι enim librariorum errore, qui e praecedente infinitivo συμψῆσαι ortus est, scribi coepit, quod legitur etiam apud Suidam. Προνοοῦντες ex Athenaeo VI. p. 266. F. adscripsit Porsonus. Ἀνισταμένους autem ex interpretatione natum, quum in numero singulari haererent interpretes. Verum hac numeri mutatione etiam infra usus est v. 989. ubi similiter in duobus codd. pro προέχων pluralis reperitur προέχοντας. Apud Suidam in edd. vett. et MS. apud Porsonum legitur εἶτ' αὖθις ἀνισταμένους τοὺς παῖδας.

976. Vulgo legebatur, εἴδωλον τοῖσιν ἐρασταῖς τῆς ἥβης μὴ καταλείπειν γε. Bentleius corrigebat ὥςτ' εἴδωλον, deleto γε, quod nec Suidae edd. vett. et MS. apud Porsonum habent, et omittunt plerique codd. Nos cum Brunckio Toupii emendationem sequuti sumus. Rav. Ven. et quattuor MSS. Regii εἴδωλον τοῖσιν ἐρασταῖς τῆς ἥβης μὴ καταλείπειν nisi quod Ven. καταλιπεῖν. Et ita etiam Suidae edd. vett.

978. δρόσος καὶ χνοῦς] Est hendiadys pro δροσερὸς χνοῦς, *tenera*, *mollis lanugo*. Sic enim δρόσος et ἔρση cum adiectivis dicuntur. v. Spanhem. ad h. l. ERN. Rav. αἰδοίοις.

979. φυρασάμενος τὴν φωνήν] *Frangebat*, *molliebat vocem*. ERN. Ven. κερασάμενος.

αὐτὸς ἑαυτὸν προαγωγεύων τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐβάδιζεν.
οὐδ' ἂν ἑλέσθαι δειπνοῦντ' ἐξῆν κεφάλαιον τῆς ῥαφανῖδος,
οὐδ' ἂν ἄνηθον τῶν πρεσβυτέρων ἁρπάζειν, οὐδὲ σέλινον,
οὐδ' ὀψοφαγεῖν, οὐδὲ κιχλίζειν, οὐδ' ἴσχειν τὼ πόδ' ἐναλλάξ.

ΑΔΙΚΟΣ

ἀρχαῖά γε καὶ Διπολιώδη, καὶ τεττίγων ἀνάμεστα,

---

980. Ven. ἐβάδιζας.

981. V. Heins. ad Theocr. c. 13. ῥαφανῖδα Th. Mag. docet esse, qui alias ῥάφανος dicitur Graecis. Sed Attici ῥάφανον dicunt de *crambe*. cf. schol. ad Plut. v. 544. et Suid. in h. v. ERN.

982. Rav. Ven. omittunt ἄν.

983. οὐδ' ὀψοφαγεῖν] De usu piscium capit Athen. VIII. 7. de obsonio largiori malim capere: nam et ὀψοφάγοι, et ὀψοφαγίσται, apud Xenoph. Mem. Socr. III. 13. et 14. sunt, qui largius obsoniis utuntur. De κιχλίζειν v. schol. ERN. Grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 271, 30. κιχλισμός, πορνικὸς γέλως πολὺς καὶ ἄκοσμος. Priorem huius versus partem Athenaeus VIII. p. 345. F. ex secundis Nubibus affert. Integrum posuit Plutarchus in libro quo doceri virtutem posse monstrat p. 439. E.

984. Διϊπολιώδη etiam Ravennas et Venetus habent. Brunckius ex A. B. Διπολιώδη edidit: quem sequuti sumus. Ita apud Pindarum Διΐ monosyllabum est, Pyth. VIII. 142. Nem. I. 111. atque idcirco scribi etiam debet Δι. De Dipoliis, solemnitate Iovis Πολιέως, quae etiam Buphonia dicta sunt, vide praecipue Porphyrium de abstin. II. 29. p. 154. seqq. tum Aelian. V. H. VIII. 3. Pausan. I. 24, 4. et 28, 11. et schol. ad Pacem v. 420. ac Meurs. in Graecia feriata. Formam illam Διπολιεῖα habet lexicon Sangerm. apud Porsonum in Dobraei Aristophanicis p. 156. commutatam a Bekkero cum Διπόλια p. 91, 7. qui in codice διπολιεῖς scriptum esse dicit. Etiam apud Hesychium est Διϊπολίεια, qui alio loco Διπόλια habet. Videndi eius interpretes. Diserte Διπόλεια in iis nominibus, quae ει habent, Theodosius in gramm. p. 69, 21. memorat. Etym. M. p. 275, 8. λέγεται καὶ Διϊπολεῖον, ὥςπερ βαλανεῖον. Si ita est, vulgi usu declinavit haec vox, quam analogia Διπολιεῖα dici postulabat. In Pace 420. legitur Διπόλεια. Grammaticus ille Sangermanensis, ut Suidas, id festum idem cum Diasiis esse putat. At Diasia Iovi μειλιχίῳ extra urbem acta esse Thucydide auctore constat; Dipolia vero Iovi Πολιεῖ in arce celebrabantur. Βουφόνια ex Hesychio in v. βούτης colligas proprie partem Dipoliorum dictam esse, ut eum Meursius non debuerit reprehendere. Caeterum de huius sacri ratione non poenitebit legisse quae Creuzerus dixit in Symbol. vol. IV. p. 122. seqq. et Maur. Guil. Heffterus in Cultibus deorum apud Rhodios I.

καὶ Κηκείδου, καὶ Βουφονίων.

ΔΙΚΑΙΟΣ

ἀλλ' οὖν ταῦτ' ἐστὶν ἐκεῖνα,
ἐξ ὧν ἄνδρας Μαραθωνομάχους ἡ 'μὴ παίδευσις ἔθρεψεν.
σὺ δὲ τοὺς νῦν εὐθὺς ἐν ἱματίοις προδιδάσκεις ἐντετυλῖχθαι·
ὥςτε μ' ἀπάγχεσθ', ὅταν ὀρχεῖσθαι Παναθηναίοις δέον αὐτούς,
τὴν ἀσπίδα τῆς κωλῆς προέχων ἀμελῇ τῆς Τριτογενείης.

---

p. 25. De cicadis aureis, quibus prisci Athenienses comas ornabant, vide Thucyd. I. 6. Meurs. de fortuna Athen. c. 1. Aristophanes Eq. 1331. ὅδ' ἐκεῖνος ὁρᾶν τεττιγοφόρας ἀρχαίῳ σχήματι λαμπρός.

985. Ven. Κηκίδου.

986. Μαραθωνομάχους] Haec forma est etiam apud Eustath. p. 1398. 22. Alibi Aristophanes Μαραθωνομάχαι, ut et Suid. in Μαραθών. ERN. Μαραθωνομάχαι legitur in Acharn. v. 181. Restituit hanc formam etiam in Nubium versu e cod. Veneto Dindorfius. In Acharnensibus Eustathius legit Μαραθωνομάχοι. Ad aures suaviorem vulgatam praetuli, quae est etiam apud Aristidem T. III. p. 269. sive vol. II. p. 217. ed. Dindorf.

987. Salmas. ad Tertull. Pall. p. 399. accipit de veste duplici. Ego potius ceperim de *ampla veste*, *velis*, ut Cicero ait Catil. Or. II. 10. *non togis*, quibus non vestiuntur homines, sed involvuntur; quae sunt molliorum hominum. ERN. Legebatur vulgo: σὺ δὲ τοὺς νῦν εὐθὺς ἐν ἱματίοισι διδάσκεις ἐντετυλίχθαι. Et sic Rav. Aliquot codd. et Suidas editus ac MS. v. εὐθὺς habent ἱματίοις. Brunckius allatis similibus locis, in quibus composita verba pro simplicibus adhibentur, e coniectura reposuit ἐν ἱματίοις προδιδάσκεις, quo caesura versui redditur. Videtur, si silentio fides, hoc esse in Ven. et Mut. a.

988. ὥςτε μ' ἀπάγχεσθ'] *Vt dirumpar ira.* v. Perizon. ad Aelian. V. 8. Mox παρ' Ἀθηναίοις, pro Παναθηναίοις MS. R. ERN. Dawesius in Misc. crit. p. 266. sedulus ille quidem, sed saepe tamen male sedulus consuetudinis Atticorum poetarum observator, ἀπάγχειν corrigebat, quod diphthongum numquam elidi crederet. In quo recte discessit ab eo Brunckius.

989. τὴν ἀσπίδα — προέχων] L. Ia. προέχοντας. Bentl. προέχωσ'. ERN. In vet. προέχει σ' inveniri observat Scaliger. Pro ἀμελῇ in Rav. et aliis est ἀμελεῖ. Scholiastes in antiquis libris inveniri dicit, ἀμέλει τῆς Τριτογενείης. Et Τριτογενείης in Ravennate legi credendum Invernizio, quum id ex Veneto notaverit Bekkerus. Id ut a vulgari consuetudine remotius, ac proinde aptius gravi orationi, recipiendum duxi. In Dorv. deest τῆς. Et coniiciat quis forsitan pro eo τις scribendum esse. Sed id facile subintelligitur. Transit a plurali numero ad singularem, ut supra v. 975. Meursius in Panathe-

πρὸς ταῦτ', ὦ μειράκιον, θαῤῥῶν ἐμὲ τὸν κρείττω λόγον αἱροῦ·
κἀπιστήσει μισεῖν ἀγοράν, καὶ βαλανείων ἀπέχεσθαι,
καὶ τοῖς αἰσχροῖς αἰσχύνεσθαι, κἂν σκώπτῃ τίς σε, φλέγεσθαι·
καὶ τῶν θάκων τοῖς πρεσβυτέροις ὑπανίστασθαι προςιοῦσιν,
καὶ μὴ παρὰ τοὺς σαυτοῦ γονέας σκαιουργεῖν, ἄλλο τε μηδὲν
αἰσχρὸν ποιεῖν, ὅ τι τῆς αἰδοῦς μέλλεις τἄγαλμ' ἀναπλήσειν·

---

naeis c. 12. investes saltasse pyrrhicham pueros putat, hoc, ut videtur, loco motus. Ita diceret orator id, quod Welckero visum est, nuditati non adsuetos verenda texisse clipeo. At hoc repugnat praegressis v. 977. Neque, ut nudi saltaverint, non subligaculo cinctos fuisse credibile est. Quare mollitiem potius, quae istis vestium involucris irrepserit, perstringere videtur poeta, verbis, ut solitum, ad obsceniora deflexis, quum alioqui dicendum fuisset, tam male exercitatos esse, ut non valeant altius sublatos gestare clipeos. Similiter *ἀγυμνασίαν* in facibus gestandis, exemplo a Panathenaeis repetito; vituperat in Ranis v. 1087. seqq.

990. Ravennas *καὶ πιστήσει.*

991. *βαλανείων*] Intell. *θερμῶν.* vid. v. 1044. ERN.

992. *φλέγεσθαι*] Gl. C. *ἐντρέπεσθαι.* I. *ἐρυθριᾷν.* ERN.

993. *θακῶν*] Immo *θάκων*, ut alii dicunt, vel *θώκων* e Vat. R. I. quod secutus sum. ERN. Brunckius *θακῶν*, ut in Rav. scriptum, in ed. sua reliquit.

994. Pro *κακοεργεῖν*, quod vulgo legitur, plerique codd. et Suidas v. *ἄχρηστα* habent *κακουργεῖν*. *Κακοεργεῖν* Brunckius tuetur verbo *γογγυλέει*, quod ipse in Thesm. 56. pro *γογγυλίζει* reposuit. At ibi nunc editum *γογγύλλει*. In nostro quidem loco veram lectionem servavit liber Ravennas, in quo scriptum, *παρὰ τοὺς σαυτοῦ γονέας σκαιουργεῖν.* Ac *παρὰ* etiam scholiastes pro vulgato *περὶ* habuit, recteque interpretatur, *μὴ παρὰ γνώμην τῶν σῶν γονέων.* *Σκαιουργεῖν* comprobavit etiam unus ex Dobraei codd.

995. In *ὅτι* et *μέλλεις* consentire videntur libri, nisi quod unus mendose *μέλους*. Aliquot codd. *ἀναπλάσσειν* vel *ἀναπλάσειν*. *Ἀναπλάττειν* Ravennas. Cum ea scriptura congruit, quod multi codd. *ἄγαλμα* sine articulo habent. Reizius in chrestomathia Graeca legebat, *ὅ τι τῆς αἰδοῦς μέλλει τἄγαλμ' ἀφανίζειν.* Postea autem probabat Brunckii correctionem, *ὅτι τῆς Αἰδοῦς μέλλεις τἄγαλμ' ἀναπλάττειν.* Haec scriptura insolitum quid praebet, maxime propter articulum. Nam quum vel hoc satis mire dictum sit, aliquam ima-

μηδ' εἰς ὀρχηστρίδος εἰςάττειν, ἵνα μὴ πρὸς ταῦτα κεχηνώς,
μήλῳ βληθεὶς ὑπὸ πορνιδίου τῆς εὐκλείας ἀποθραυσθῇς·
μηδ' ἀντειπεῖν τῷ πατρὶ μηδέν, μηδ' Ἰαπετὸν καλέσαντα
μνησικακῆσαι τὴν ἡλικίαν, ἐξ ἧς ἐνεοττοτροφήθης.

---

ginem Pudoris fingere, magis molestum est, addito articulo eam effigiem quasi unicam, quae fingi possit, commemorari. Cod. Ven. cum vulgatis et Suida v. ἄχρηστα praebent ἀναπλήσειν: unde Wolfius, ὅ τι τῆς αἰδοῦς μέλλει τἄγαλμ' ἀναπλήσειν, etsi non satis apte interpretatus. Sensus simplex et planus est: *quidquid pudoris tui decus contaminet.* Id ipsum legit scholiastes ad hunc v. cuius haec verba sunt: ὅπερ μέλλει μολύνειν τὴν αἰδῶ. Nam ἀναπλήσας, inquit Suidas, ἀναπληρώσας· ὁ δὲ Πλάτων ἀντὶ τοῦ μολύνας. De qua significatione huius verbi vide Ruhnkenium ad Timaei Lex. Plat. p. 31. Sed non opus duxi μέλλει inferre, quum etiam μέλλεις recte dictum sit, repetito quidem ad ὅ τι participio ποιῶν.

996. Suid. in μήλῳ βληθῆναι habet εἰςιέναι, at in εἰςάττειν et alibi h. l. εἰςάττειν, quod praefert Kusterus. Huc spectat lectio codd. I. εἰςάγειν. ERN. Suidas in v. ἄχρηστα et in εἰςάττειν habet εἰςάττειν, in v. ἀποθραυσθῇς autem sic scribit, ἀποθραυσθῇς, ἐκπέσῃς. *Μηδ' εἰς ὀρχηστρίδος εἰςάττῃς* (τουτέστιν εἰςέλθῃς) μήποτε τῆς εὐκλείας ἀποθραυσθῇς. Codd. multi εἰςάγειν, unus προςάγειν. Glossae in aliis εἰςέρχεσθαι, in aliis ἑαυτὸν vel σεαυτόν. Cod. Ven. ἄττειν. Quod Brunckius e Dawesii emendatione in Misc. crit. p. 228. seqq. reposuit, εἰςάττειν, Ravennatis et Veneti auctoritate confirmatur. Moschopulus a Titzio editus p. 54. εἰςάττειν. εἰςελθεῖν. Ἀριστοφάνης· μηδ' εἰς ὀρχηστρίδος εἰςάττειν, ἵνα μὴ πρὸς ταῦτα κεχηνὼς μήλῳ βληθῇς. Verbum ἄσσειν saepius obscuratum librariorum imperitia, ut infra v. 1301. et in Pindaro Olymp. XIII. 153. ubi nos certissima coniectura pro ἀνάσσων reponendum docuimus ἀνάσσων. Eodem modo in Agamemnone v. 76. legendum est:

ὅ τε γὰρ νεαρὸς μυελὸς στέρνων
ἐντὸς ἀνάσσων
ἰσόπρεσβυς.

997. ἀποθραυσθῇς] V. Suidas in h. v. et in μήλῳ βληθῆναι, ubi interpretatur ἐκπέσῃς. ERN.

998. Ἰαπετὸν καλέσαντα] I. e. μωρόν, ἀρχαῖον. v. Suid. et Hes. in h. v. item Bochart. Phaleg. III. 1. ERN. V. Bekkeri Anecd. p. 43. 29.

999. μνησικακῆσαι] *Exprobrare*, vertit Frischlinus, bene, ut opinor. L. et Ia. habent μνησικακήσῃς; sed infinitivi praecedunt. ERN. Serio et graviter magnaque cum dignitate, ut in re severa, loquitur poeta, cuius rei nihil suboluit interpretibus, ne Wolfio quidem aut Vossio. Et tamen admirantur multi istas versiones, in quibus adeo vix umbra conspicitur Aristophanis ingenii, ut quae

ΑΔΙΚΟΣ

εἰ ταῦτ', ὦ μειράκιον, πείσει τούτῳ, νὴ τὸν Διόνυσον,
τοῖς Ἱπποκράτους υἱέσιν εἴξεις, καί σε καλοῦσιν βλιτο-
μάμμαν.

ΔΙΚΑΙΟΣ

ἀλλ' οὖν λιπαρός γε καὶ εὐανθὴς ἐν γυμνασίοις διατρίψεις,
οὐ στωμύλλων κατὰ τὴν ἀγορὰν τριβολεκτράπελ', οἷάπερ
οἱ νῦν,

---

eius luculentissima sunt et eminentissima signa, etiam de industria deleta videantur.

1001. In Rav. κλιτομάμαν. Posterior pars huius vocabuli a μάμμη vel μαμμία facta est, quod matrem significat. v. Lysistr. 878. seq. Inde μαμμᾶν in Nubibus 1387. Est autem βλιτομάμμας is, qui infantis instar, matrem perpetuo vocantis, simplex et stolidus est. Videndus de ea voce grammaticus in Bekkeri Anecd. p. 31, 8. Similiter Μαμμάκυθοι in Ranis 990. De blito, inerte genere oleris, et nullius saporis aut acrimoniae, Plinius XX. 93. Festus v. *blitum*, Nonius p. 80. et 550. Scaliger Coniect. in Varr. p. 135. Inde Plautus in Truc. IV. 4, 1.

blitea et lutea est meretrix, nisi quae sapit in vino ad rem suam,

et Laberius in Tusca: (sic enim inscriptus erat hic mimus, ut apud Charisium p. 181. non Tucca vel Tuscus, ut apud Nonium p. 80. 135. 137.)

bipedem bliteam belluam.

Inde etiam βλιτάδες γυναῖκες apud Suidam et Hesychium, quo convicio usus videtur Menander, a Plinio commemoratus. Ἱπποκράτους υἱέσιν autem quum dicit Aristophanes, ludit in similitudine verborum υἱέσιν et ὑσίν; quod observavit Ruhnkenius ad Timaei Lexicon Plat. p. 262. Hi enim ridebantur propter ὑωδίαν. Photius: σῦς τοὺς Ἱπποκράτους υἱοὺς ἔλεγον, καὶ τοὺς Παναιτίου, καὶ Μέμνονος, εἰς ὑηνίαν κωμῳδοῦντες. Vide scholia ad h. l. Athenaeus III. 17. p. 96. μήτρα ἑξῆς ἐπεισηνέχθη, μητρόπολίς τις ὡς ἀληθῶς οὖσα καὶ μήτηρ τῶν Ἱπποκράτους υἱῶν, οὓς εἰς ὑωδίαν κωμῳδουμένους οἶδα. Eamdem Hippocratis familiam tangit Aristophanes in Thesmoph. v. 273. De eo autem non assentior Ruhnkenio, quod hunc lusum in vocabulis ὑσὶν et υἱέσιν frigidum iocum dicit. Frigide sane lusit, qui hunc iocum primus invenit. Sed hic iocus ita se ultro cuique obtrudit, ut veri simillimum sit, Hippocratis filios vulgo ὗς Ἱπποκράτους audisse, poetasque usos tantum esse eo, quod omnium sermonibus tritum reperirent. Idque confirmari videtur Photii Athenaeique testimoniis. Hac autem in re si non fallimur, non potest reprehendi Aristophanes. Non enim risum hoc

οὐδ' ἑλκόμενος περὶ πραγματίου γλισχραντιλογεξεπιτρίπτου.
ἀλλ' εἰς Ἀκαδήμειαν κατιὼν, ὑπὸ ταῖς μορίαις ἀποθρέξει

---

dicto captavit, sed usus eo est, ut re, quae iam non magis rideretur, quam proprium cuiusque nomen. Iisdem in vocibus lusisse Augustum apud Macrobium Sat. II. 4. a doctis quibusdam viris observatum adnotavit Porsonus. Macrobius ita: *quum audisset, inter pueros, quos in Syria Herodes rex Iudaeorum intra bimatum iussit interfici, filium quoque eius occisum, ait: melius est Herodis porcum esse quam filium.* Caeterum recte Dukerus καλοῦσιν. Est autem hoc non praesens, sed futurum Atticum, ut recte observavit Brunckius.

1005. Ἀκαδημίαν] Kusterus putat Suidam in codice suo habuisse Ἐκαδημίαν. Sed id ductum videtur e scholiaste, quem exscripsit Suidas. Itaque non praetulerim hanc lectionem cum Menagio. Nec necesse est scripsisse Ἀκαδημείαν, ut est ap. Steph. in Ἐκαδήμεια. ERN. Suidae verba, quae huc pertinent, haec sunt: ἀπὸ Ἑκαδήμου τινὸς ἥρωος ὀνομασθέν. πρότερον δὲ διὰ τοῦ ε Ἑκαδημία ἐκαλεῖτο. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις. Deinde nostrum locum adscripsit. In quibus haec verba, πρότερον διὰ τοῦ ε Ἑκαδημία ἐκαλεῖτο, Diogenis Laertii sunt, III. 7. quibus ille utitur, quum attulisset locum Timonis (v. Brunck. Anal. vol. II. p. 70.)

οἵ θ' Ἑκαδήμου
δένδρει ἑφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσι.

Itaque tamen Suidas in Aristophane Ἑκαδημίαν legisse videtur. Cuius quidem non tantam duximus auctoritatem esse, ut ab librorum omnium lectione recederemus. Nam Ἑκαδημία, ut clare testatur Diogenes, antiquitus ille locus dicebatur, eaque forma nominis consulto usus videtur Timon, ut antiquitatis rubigo suam in risu captando vim haberet. Sed Aristophanes, qui hic ab isto consilio alienus est, formam adhibuit sua aetate usitatam, qua etiam Eupolis in Ἀστρατεύτοις utitur ibidem apud Diogenem,

ἐν εὐσκίοις δρόμοισιν Ἀκαδήμου θεοῦ.

Ita etiam Horatius Epist. II. 2, 45. De utraque huius nominis scribendi ratione copiose disseruit Menagius ad Diogenem p. 141. Quod ad mensuram attinet, quartam syllabam ancipitem apud Latinos esse constat: Laurea Tullius apud Plinium H. N. XXXI. 3. produxit. Cicero in illo versu de Divin. I. 13.

inque Academia umbrifera nitidoque Lyceo,

produxeritne an corripuerit, ambigi potest. Apud Graecos non memini correptam legisse. Immo ex Alexidis dubia fabula qui apud Athenaeum VIII. p. 336. E. locus exstat, aliud docet hoc versu:

Λύκειον, Ἀκαδήμειαν, Ὠιδείου πύλας.

De μορίαις Meurs. Att. Lectt. IV, 6.

στεφανωσάμενος καλάμῳ λευκῷ μετὰ σώφρονος ἡλικιώτου,
σμίλακος ὄζων, καὶ ἀπραγμοσύνης, καὶ λεύκης φυλλοβολούσης,
ἦρος ἐν ὥρᾳ χαίρων, ὁπόταν πλάτανος πτελέᾳ ψιθυρίζῃ.
ἢν ταῦτα ποιῇς, ἁγὼ φράζω,
καὶ πρὸς τούτοις προσέχῃς τὸν νοῦν,
ἕξεις ἀεὶ
στῆθος λιπαρόν, χροιὰν λευκήν,

ἀποθρέξεις] L. ὑποθρέξεις. ERN. Venetus καταθρέξεις. Vulgatum ἀποθρέξεις est etiam apud schol. Soph. ad Oed. Col. 701. Quartus Regius ἀποθρέξῃ: quod Brunckio non displicet, quia mediam formam Attici in futuris ament. Nos recepimus ἀποθρέξει, inventum etiam in Rav. et uno Dobraei, apud quem alius ἀπόθρέξῃ. Ita in Ranis v. 193.

οὐκοῦν περιθρέξει δῆτα τὴν λίμνην τρέχων.

1006. Rav. Ven. omittunt λευκῷ.

1007. μίλακος] R. L. σμίλακος, quod non necesse. Etiam ap. Plin. XVI. 10. cod. vetus *milax*, ubi de arbore est, quam *taxum* vocant. Hic intelligitur herba coronaria, similis hederae, quae et *nicophoros* dicitur, Plin. XXIV. 10. ERN. Rav. Ven. μίλακος. Brunckius σμίλακος cum quattuor codd. quibus accedunt MSS. Arund. Bav. et tres Dobraei. Vide quae dixi ad Eurip. Bacch. 110. Porsonus huc respicientem indicavit Philostratum Imag. II. 26. fin. ὡς ἐς ἄστυ κατιὼν ὄζοι στεμφύλου καὶ ἀπραγμοσύνης, καὶ κατὰ τῶν ἀστυτρίβων ἐρεύγοιτο. Quae singula unde petita sint, dixit Dobraeus p. 40. Ἀπραγμοσύνην, quamquam permira quaedam apud omnes gentes inveniuntur florum nomina, tamen haud facile quis credat florem esse, quod auctore Aristophane grammatico quidam, in iisque Hesychius, tradidere. Ipsorum hoc inventum esse, vel ex eo cognoscas, quod hunc florem in Academia crescere aiunt. Recte Berglerus proprio usitatoque significatu ab Aristophane dictam ἀπραγμοσύνην ostendit. Est id παρ' ὑπόνοιαν dictum, ut v. 1020. ψήφισμα μακρόν. Vtraque interpretatio prostat apud Suidam. Quod ad rem attinet, compara suppositam Demostheni orat. Philipp. IV. p. 150, 6 — 13. De λεύκῃ athletarum coronamento vid. schol. Theocriti ad II. 121.

1009. Ravennas et Ven. φράσω. Suspiceris fuisse, qui hic legerent ἅγωγε φράσω. Sed praestat vulgata lectio.

1010. R. ἀεί. ERN. Sic etiam Rav. pro vulgato αἰεί.

1012. Rav. Ven. Harl. Barocc. 127. λευκὴν pro vulgato λαμπράν. Etsi λευκοὶ etiam ignavi dicuntur, tamen λευκὴν recipiendum putavi. Nam et solent hanc vocem grammatici per λαμπρὸς interpretari, neque hic quisquam, si λαμπρὰν ab Aristophane pro-

ὤμους μεγάλους, γλῶτταν βαιάν,
πυγὴν μεγάλην, πόσθην μικράν.
ἢν δ' ἅπερ οἱ νῦν ἐπιτηδεύῃς,
πρῶτα μὲν ἕξεις
χροιὰν ὠχράν, ὤμους μικρούς,
στῆθος λεπτόν, γλῶτταν μεγάλην,
πυγὴν μικράν, κωλῆν μεγάλην,
ψήφισμα μακρόν·
καί σ' ἀναπείσει τὸ μὲν αἰσχρὸν ἅπαν
καλὸν ἡγεῖσθαι, τὸ καλὸν δ' αἰσχρόν,
καὶ πρὸς τούτοις τῆς Ἀντιμάχου
καταπυγοσύνης ἀναπλήσει.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ

ὦ καλλίπυργον σοφίαν — ἀντιστρ.
κλεινοτάτην ἐπασκῶν,
ὡς ἡδύ σου τοῖσι λόγοις
σῶφρον ἔπεστιν ἄνθος.
εὐδαίμονες δ' ἦσαν ἄρ'
οἱ ζῶντες τότ' *

---

fectum esset, adscripturus erat *λευκήν*. Significat autem purum atque integrum colorem, cui opponitur *ὠχρὰ χροιὰ* v. 1017.

1019. Hunc versum non habent R. Ia. ERN.

1020. *ψήφισμα μακρόν*] Pungit rhetores et legislatores verbosos. *Ἀναπείσει*, int. *τὸ ἐπιτήδευμα τοῦτο* e v. 1015. v. Suidas in *Ἀντιμάχου*. ERN.

1024. *καταπυγοσύνης*] L. Ia. addunt *σ'* non male: quamquam id intelligi potest e v. 1020. ERN. *Ἀναπλήσει* dubitari potest activumne sit, ut in Ach. 847. an passivum.

1025. Praefigebatur *χορός*. Vide ad v. 950.

1026. *τ'*] Abest R. L. Ia. ERN. Vulgo *κλεινοτάτην τ' ἐπασκῶν*. Copulam, quam quidam codd. habent, recte omisit Brunckius trium MSS. auctoritate, quibus accedunt Ravennas et Venetus. Vid. Elmsl. ad Med. 807.

1027. Rav. *ἡδύ σοι*. Tum Rav. Ven. *τοῖς*.

1030. *Τότε* delet R. at contra post *ἡνίκ' ἦς*, *τότ' ἐπί*, male. ERN. Vulgo ex metricorum constitutione edebatur,

εὐδαίμονες δ' ἄρ' ἦσαν οἱ
τότε ζῶντες, ἡνίκ' ἦς
τῶν προτέρων.

Et habent hanc scripturam tres codd. Dobraei, Mutinenses secundus et tertius, Baroccianus 43. in quo, ut in uno Dobraei, *εἷς* pro *ἦς*

τῶν προτέρων. πρὸς τάδε δ', ὦ

scriptum. Mutinensis primus a vulgata non nisi eo discedit, quod οἵ τε pro οἱ τότε habet. Antiqui et melioris notae libri, Ravennas, Venetus, Dorvillianus, membranae Parisienses, quartus Regius, Brunckii codex, Harleianus, Baroccianus 127. Dobraei primus et tertius, Bavarus, margo ed. Caninii haec praebent: εὐδαίμονες δ' ἦσαν ἄρ' (δ' ἦσαν ἄρ' Dobraei tertius, δ' ἄρ' ἦσαν primus, Dorvillianus, Bavarus) οἱ ζῶντες τότ' (aliqui plene τότε) ἐπὶ τῶν προτέρων. Atque Ernestius quoque, nisi fallor, in Regio suo, quem eumdem cum Brunckii membranis esse credo, non post ἡνίκ' ἦς, sed pro his verbis scriptum τότ' ἐπὶ dicere voluit. Nec dubitandum quin istud ἡνίκ' ἦς ab aliquo metrico sit profectum. Satis id, nisi codices ostenderent, argueret inusitatum Atticis ἦς, de quo videndi Moeris p. 175. Phrynichus p. 149. et ad eum Lobeckius, non tum memor huius loci, neque illorum, quos ad Aiac. 611. extr. attulerat; item Buttmannus in gramm. Gr. vol. I. p. 549. et vol. II. p. 428. in qua adnotatione numerus 144. in 154. mutandus. Reponi ἦσθα pro ἦς ad Aiacem voluerat Lobeckius in Aeschyli Choeph. 358. Eurip. Herc. f. 1415. Iphig. Aul. 339. 1003. et recte quidem in Euripideis: nam de postremo non erat quod Matthiae dubitare debuerit: sed apud Aeschylum codex Robortelli veram scripturam ἦν conservavit. Apud Aristophanem quidem ista deteriorum codicum interpolatio hanc utilitatem habet, ut ostendat etiam meliorum librorum scripturam vitiatam esse inserto ἐπὶ, quod ab interpretibus adscriptum, in textum venit. Eo eiecto, verba, ut in optimis libris, accuratissimeque in tertio Dobraei scripta sunt, εὐδαίμονες δ' ἦσαν ἄρ' οἱ ζῶντες τότ'... τῶν προτέρων tres syllabas deesse indicant. Eas ut restituerent metrici, intulerunt ἡνίκ' ἦς, imperite sane. Potuerant sine peccato, si ὧν λέγεις posuissent. Sed aliquanto veri similius est, quae multarum fuit omissionum caussa, vocem, quae nihil ad sententiam conferret, ab librariis esse neglectam: εὐδαίμονες δ' ἦσαν ἄρ' οἱ ζῶντες τότ' ἀνέρες τῶν προτέρων. Vsurpatur autem haec nominis illius forma etiam in comoedia, idque non solum in dactylici generis numeris, sed etiam in aliis, qui quidem canuntur, ut in Equit. 1295. Caeterum τῶν προτέρων cum τότε putandum est constructum esse. De formula illa ἦν ἄρα copiose disseruit Heindorfius ad Plat. Phaedon. c. 35. p. 64. qui quum eam fere sic usurpari docuit, ut ad tempus praesens referatur, non addidit, qua ratione id fieret. Scilicet cogitari ista locutio postulat, *ut iam cognosco*, *hoc est*, vel *fuit*. Patet vero, qui iam se cognoscere indicat, respicere tempus illud, quo nondum cognorat: unde sive de praeterita re, sive de praesente loquitur, tempus in mente habet praeteritum, idque etiam verbo designat.

1031. Vulgo πρὸς οὖν τάδ', idque in Rav. Ven. et caeteris est melioribus libris. Brunckius, qui in strophico ἐνταῦθα posuerat,

κομψοπρεπῆ Μοῦσαν ἔχων,
δεῖ σε λέγειν τι καινόν, ὡς
εὐδοκίμηκεν ἁνήρ.
δεινῶν δέ σοι βουλευμάτων ἔοικε δεῖν πρὸς αὐτόν,
εἴπερ τὸν ἄνδρ' ὑπερβαλεῖ, καὶ μὴ γέλωτ' ὀφλήσεις.

ΑΔΙΚΟΣ

καὶ μὴν πάλαι γ' ἐπνιγόμην τὰ σπλάγχνα, κἀπεθύμουν
ἅπαντα ταῦτ' ἐναντίαις γνώμαισι συνταράξαι.
ἐγὼ γὰρ ἥττων μὲν λόγος δι' αὐτὸ τοῦτ' ἐκλήθην
ἐν τοῖσι φροντισταῖσιν, ὅτι πρώτιστος ἐπενόησα
καὶ τοῖς νόμοις καὶ ταῖς δίκαις τἀναντί' ἀντιλέξαι.

---

dedit πρὸς γοῦν τάδ'. Eo postea intellexit non opus fuisse. Et profecto etiam servato in strophicis ἐνθάδε defendi hic potest vulgata. Quamquam non veri simile est, in carmine, in quo caetera sibi accurate respondent, temere diiambum choriambo esse oppositum. Quare si quis hic in πρὸς οὖν τάδ' acquiescit, rectius in strophico leget ἐνταῦθα. Credo tamen hic potius ab librariis peccatum esse, quum etiam in uno apud Porsonum, et in tribus Dobraei libris οὖν desit, quorum in uno supra scriptum est, profectum, ut videtur, a metricis. Itaque recepi, quod secundus Dobraei praebet, πρὸς τάδε δ'.

1032. Ven. κοσμοπρεπῆ.

1034. εὐδοκίμηκεν] C. εὐδοκίμησεν, L. Ia. addunt ὁ. ERN. Miror ego articulum a Brunckio neglectum esse, qui vulgatum retinuit, εὐδοκίμηκεν ἀνήρ. Restituendum vidit iam Reizius, et sermonis et metri caussa. Addunt etiam alii codd.

1035. De hac constructione verbi δεῖ dixit Elmsleius ad Medeae v. 552. not. *f.*

1037. Vulgo καὶ μὴν πάλ' ἔγωγ', et sic pars codicum. In aliis plene scriptum πάλαι ἔγωγ'. Membranae Brunckii et alii boni codd. καὶ μὴν πάλαι γ' ἔγωγ' ἐπνιγόμην. Ravennas et Venetus, καὶ μὴν ἔγωγ' ἐπνιγόμην. Quartus Regius et Leidensis καὶ μὴν πάλαι γ' ἐπνιγόμην, quod recepit Brunckius. Ac Bentleius quoque aut sic scribendum censuit, aut καὶ μὴν πάλαι 'γὼ 'πνιγόμην, quod posterius etiam Porsono placuit. Mihi non duplex crasis in offensu est: vide v. 898. sed facta crasis in πάλαι 'γώ, quae vereor ut alibi reperiatur. Quod in Thesm. 1027. legitur in cantico πάλαι ἐφέστηκε, corruptum videtur. Neque vero ἐγὼ hic potius, quam πάλαι requirimus. Comparari quodammodo potest v. 4. καὶ μὴν πάλαι γ' ἀλεκτρυόνος ἤκουσ' ἐγώ.

1038. Ven. πρότερος pro πρώτιστος. Dorv. πρῶτος.

1039. Vulgo καὶ τοῖσι νόμοις καὶ ταῖς δίκαις. Ravennas et Venetus, omisso primo καί, habent τοῖσιν νόμοισι. Non placet τοῖσιν

καὶ τοῦτο πλεῖν ἢ μυρίων ἔστ' ἄξιον στατήρων,
αἱρούμενον τοὺς ἥττονας λόγους, ἔπειτα νικᾶν.
σκέψαι δὲ τὴν παίδευσιν ᾗ πέποιθεν ὡς ἐλέγξω·
ὅςτις σε θερμῷ φησὶ λοῦσθαι πρῶτον οὐκ ἐάσειν.
καί τοι τίνα γνώμην ἔχων ψέγεις τὰ θερμὰ λουτρά;

ΔΙΚΑΙΟΣ

ὁτιὴ κάκιστόν ἐστι, καὶ δειλὸν ποιεῖ τὸν ἄνδρα.

ΑΔΙΚΟΣ

ἐπίσχες· εὐθὺς γάρ σ' ἔχω μέσον λαβὼν ἄφυκτον.
καί μοι φράσον, τῶν τοῦ Διὸς παίδων τίν' ἄνδρ' ἄριστον
ψυχὴν νομίζεις, εἰπέ, καὶ πλείστους πόνους πονῆσαι;

ΔΙΚΑΙΟΣ

ἐγὼ μὲν οὐδέν' Ἡρακλέους βελτίον' ἄνδρα κρίνω.

ΑΔΙΚΟΣ

ποῦ ψυχρὰ δῆτα πώποτ' εἶδες Ἡράκλεια λουτρά;
καίτοι τίς ἀνδρειότερος ἦν;

---

ita collocatum, sequente ταῖς δίκαις. Vt edidimus, Porsonus praef. ad Hec. p. 40. et Elmsleius in censura Hecubae p. 266. E. ed. Lips. Quidam codices ἀντιλέγειν vel ἀντιλέγων vel ἀντιλέξας.

1042. 1043. In MS. R. sunt in margine. ERN.

1047. Δειλὸν habet B. et quartus Regius, ut vulgo. Tres reliqui codd. Brunckii cum Ravenn. Bavar. Dorvill. atque uno Mutinensi δειλότατον, quod etiam scholiastes habuit. Ea scriptura sic usus est Reisigius, ut ederet καὶ δειλότατον ἄνδρα ποιεῖ. Ad rem comparari possunt Antiphanes et Hermippus apud Athenaeum I. p. 18. C.

1048. ἔχω λαβὼν ἄφυκτον] R. λαβὼν ἔχω γ' ἄφυκτον, quod verissimum est. Itaque recepi. ERN. Ravennas et Venetus, ut vulgo, εὐθὺς γάρ σε μέσον ἔχω λαβὼν ἄφυκτον. Atque ita etiam Brunckius edidit: sed recte probat lectionem quarti Regii, εὐθὺς γάρ σ' ἔχω μέσον λαβὼν ἄφυκτον. Sic etiam Harl. et Barocc. 127. Dobraeique primus et tertius, Suidas v. εὐθύς, et editus et MS. probasseque videtur etiam Elmsleius in auctario adnott. ad Acharn. 571. Membranae εὐθὺς γάρ σε μέσον λαβὼν ἔχω γ' ἄφυκτον.

1049. Παίδων abest ab Ravennate et Veneto.

1050. πώποτ'] Ia. πότ'. ERN. De λουτροῖς Ἡρακλείοις v. Eustath. ad Iliad. p. 1279, 2. et ad Odyss. p. 1594, 16. et M. Gu. Heffterum in libelli Germanice scripti de cultibus deorum apud Rhodios part. I. p. 15. seqq.

1051. Ven. Ἡρακλέος.

ΔΙΚΑΙΟΣ

ταῦτ' ἐστὶ, ταῦτ' ἐκεῖνα,
ἃ τῶν νεανίσκων ἀεὶ δι' ἡμέρας λαλούντων
πλῆρες τὸ βαλανεῖον ποιεῖ, κενὰς δὲ τὰς παλαίστρας.

ΑΔΙΚΟΣ

εἶτ' ἐν ἀγορᾷ τὴν διατριβὴν ψέγεις· ἐγὼ δ' ἐπαινῶ.
εἰ γὰρ πονηρὸν ἦν, Ὅμηρος οὐδέποτ' ἂν ἐποίει
τὸν Νέστορ' ἀγορητὴν ἄν, οὐδὲ τοὺς σοφοὺς ἅπαντας.
ἄνειμι δῆτ' ἐντεῦθεν εἰς τὴν γλῶτταν, ἣν ὁδὶ μὲν
οὔ φησι χρῆναι τοὺς νέους ἀσκεῖν· ἐγὼ δέ φημι.
καὶ σωφρονεῖν αὖ φησὶ χρῆναι· δύο κακὼ μεγίστω.
ἐπεὶ σὺ διὰ τὸ σωφρονεῖν τῷ πώποτ' εἶδες ἤδη
ἀγαθόν τι γενόμενον, φράσον, καί μ' ἐξέλεγξον εἰπών.

ΔΙΚΑΙΟΣ

πολλοῖς. ὁ γοῦν Πηλεὺς ἔλαβε διὰ τοῦτο τὴν μάχαιραν.

1053. Reisigius ex coniectura ταῦτ' ἐστὶν αὔτ' ἐκεῖνα. Satius duxi interpungendo post ἐστὶ sensum aperire. Vsitatissimum est τοῦτ' ἔστ' ἐκεῖνο, ut in Ran. 318. Eccl. 78. Sic Ach. 41. et Lys. 240. τοῦτ' ἐκεῖν' οὑγὼ ̓λεγον. Av. 507. τοῦτ' ἄρ' ἐκεῖν' ἦν τοὔπος. Pac. 516. ἤδη 'στὶ τοῦτ' ἐκεῖνο. Et ipsum ταῦτ' ἐστὶν ἐκεῖνα in Nubibus p. 985. Ac simpliciter τοῦτ' ἐκεῖνο, quum accidit, de quo quis cogitat, usurpatur: v. Ran. 1342. Ach. 820. Av. 353. Pac. 289.

1058. Respicit illud Iliad. α. 248. λιγὺς Πυλίων ἀγορητής, et quae sequuntur.

1059. Venet. ἐς.

1060. ἤδη] Omittunt L. Ia. ERN.

1061. Rav. Ven. δύω. Item alii, unus cum adnotatione, συνίζησις.

1062. ἔλαβε] R. ἔλαβεν. ERN. Ven. πολλούς. Sic etiam primus et tertius Dobraei, prior supra scripto οἷς. In alio eius codice πολλοῖς, sed οὺς supra scriptum. In eiusdem primo et quarto ad γοῦν supra positum γάρ. Sextus διὰ τοῦτ' ἔλαβε. Porsonus in praef. ad Hec. p. 41. ἔλαβε δι' αὐτό. Praeferendum hic διὰ τοῦτο iudicabat Elmsleius in censura Hecubae p. 266. G. ed. Lips. in eamdemque sententiam copiose disputavit Reisigius in Coniect. p. 96. seqq. Vulgatam recte defendisse mihi videor in Elem. d. metr. p. 147. Vide ibi etiam p. 139. Confirmaturque ea ratio etiam eo, quod vel trimetri ultima soluta invenitur in Ran. v. 1203.

καὶ κωδάριον καὶ ληκύθιον καὶ θυλάκιον
ἐν τοῖς ἰαμβείοισι.

Eiusmodi trimeter nescio an etiam in Eurip. Iph. Aul. 1334. sit con-

ΑΔΙΚΟΣ

μάχαιραν; ἀστεῖον τὸ κέρδος ἔλαβεν ὁ κακοδαίμων
Ὑπέρβολος δ' ὀὺκ τῶν λύχνων πλεῖν ἢ τάλαντα πολλὰ
εἴληφε διὰ πονηρίαν, ἀλλὰ μὰ Δί' οὐ μάχαιραν.

ΔΙΚΑΙΟΣ

καὶ τὴν Θέτιν γ' ἔγημε διὰ τὸ σωφρονεῖν ὁ Πηλεύς.

ΑΔΙΚΟΣ

κᾆτ' ἀπολιποῦσά γ' αὐτὸν ᾤχετ'. οὐ γὰρ ἦν ὑβριστής,

---

stituendus. De machaera Pelei v. Apollodor. p. 257. et notas ad eum Heynii p. 788. seqq.

1064. οὐκ ἐκ λύχνων] R. inserit τῶν. Si cum Vat. qui pariter habet, deleas οὐκ, recte se lectio habebit. Sane οὐκ est alienum, nec locum hic habet interrogatio. ERN. Plerisque codd. Ὑπέρβολος δ' οὐκ ἐκ τῶν λύχνων, idque nescio an etiam in Rav. et Mut. b. c. sit, ex quibus δ' οὐκ pro δ' ἐκ adnotatum video. In interrogatione non video quid hic reprehendi posset. Brunckius e cod. Vat. dedit Ὑπέρβολος δ' ἐκ τῶν λύχνων. Et sic etiam Ven. Sed primus Mutinensis Ὑπέρβολος δ' ὁ ἐκ τῶν λύχνων, confirmans ille, quod recte ab Reisigio repositum est ὀὺκ τῶν λύχνων. Sic enim loquebantur, ut ὁ ἐκ τῶν λυχνοπωλῶν significarent. Vide schol. ad Av. 13. ubi est ἐκ τῶν ὀρνέων.

τάλαντα πολλὰ] Πολλὰ mihi vitiosum visum est semper. Forma πλεῖν ἢ desiderat numerum certum, ut supra 1040. πλεῖν ἢ μυρίων. add. exempla ap. Hemsterh. ad Plut. p. 264. Arbitror legendum πέντε. Supra πεντετάλαντος δίκη, unde patet, hunc numerum in summa magna exprimenda usurpatum. πολλὰ est glossa, πολλὰ τάλαντα est πλεῖν ἢ πέντε. ERN. Subtiliter quidem Ernestius: sed nihil mutandum. Neque enim πολλὰ pertinet ad πλεῖν ἤ, sed τάλαντα, quod clare indicant illa, ἀλλὰ μὰ Δί' οὐ μάχαιραν. Hoc enim dicit: lepidum lucrum fecit Peleus, machaeram: Hyperbolus vero tantum abest, ut machaeram adeptus sit, ut potius opimitatem integris talentis, ac multis quidem, ampliorem sibi paraverit.

1065. Vulgo ἀστεῖον γε κέρδος. Omittunt γε Dorv. Mut. b. Pro eo δὲ tertius Dobraei. Mut. b. γε τό. Ravennas et Bav. solum τὸ habent, quos sequuti sumus.

1067. Nullus liber pro vulgato ἀλλ' οὐ μὰ Δί' οὐ μάχαιραν praebet quod Elmsleius in censura Hecubae Porsonianae p. 268. E. coniiciebat, ἀλλ' οὔ, μὰ Δία, μάχαιραν. Sed quum Barocc. 43. et quintus sextusque Dobraei, ac tertius Mutinensis metro consulant priore οὐ deleta, hos sequendos putavi.

1068. Vulgo καὶ τὴν Θέτιν δ' ἔγημε. Nostra lectio debetur libro Ravennati, Veneto, quarto Regio, aliisque.

οὐδ' ἡδὺς ἐν τοῖς στρώμασιν τὴν νύκτα παννυχίζειν.
γυνὴ δὲ σιναμωρουμένη χαίρει. σὺ δ' εἶ Κρόνιππος.
σκέψαι γάρ, ὦ μειράκιον, ἐν τῷ σωφρονεῖν ἅπαντα
ἅ'νεστιν, ἡδονῶν θ' ὅσων μέλλεις ἀποστερεῖσθαι,
παίδων, γυναικῶν, κοττάβων, ὄψων, πότων, καχασμῶν.
καίτοι τί σοι ζῆν ἄξιον, τούτων ἐὰν στερηθῇς;
εἶεν. πάρειμ' ἐντεῦθεν ἐς τὰς τῆς φύσεως ἀνάγκας.

1070. Ἡδὺς παννυχίζειν, ut apud Pindarum Pyth. VI. 52. γλυκεῖα φρὴν συμπόταισιν ὁμιλεῖν.

1071. Σιναμωρεῖν dicitur proprie, qui temere et stulte aliquid laedit vel corrumpit. Ita usurpavit Herodotus aliique. Atticos quum grammatici tradunt σιναμωρὸν vocare, qui etiam λίχνος dicatur, eo id factum est, quod qui ligurire amant, cibos vel quidquid eorum palatum titillat, temere attrectant et vitiant. Inde translatum etiam ad lasciviam veneream. Hic non male interpreteris *vexari*. Attulit nonnulla de hoc verbo Iacobsius ad Achillem Tatium p. 608. seq. De forma dixit Lobeckius ad Phryn. p. 689. seq.

1072. Mutinensis primus εἰ τῷ σωφρονεῖν ἅπαντα ἔνεστιν. Vulgo κιχλισμῶν. Ex libro Ravennate καχασμῶν reposuimus. Ita in Ecclesiazusis 848.

γέρων δὲ χωρεῖ χλανίδα καὶ κονίποδας
ἔχων, καχάζων μεθ' ἑτέρου νεανίου.

Suidas in v. καγχάζει: καὶ καγχασμός, ὁ ἔκχυτος γέλως. Vtravis lectio et defendi et impugnari potest. Κιχλισμῶν scribere potuit librarius, qui κιχλίζειν e v. 983. in mente haberet. Si genuinum est, stridor puellarum ridentium, quum attrectantur, intelligendus. Καχασμῶν videatur fortasse emendatio esse docti grammatici. Haec enim si vera scriptura est, de ipso est Phidippide dicta vox illa. Differentiam multi observarunt accurate indicatam esse a Clemente Alex. in Paedagogo II. 5. p. 167. B. (196.) ἡ δὲ ἐκμελὴς τοῦ προσώπου ἔκλυσις, εἰ μὲν ἐπὶ γυναικῶν γίνοιτο, κιχλισμὸς προσαγορεύεται· γέλως δέ ἐστι πορνικός· εἰ δὲ ἐπὶ ἀνδρῶν, καγχασμός· γέλως ἐστὶν οὗτος μνηστηρώδης (sic pro μνηστηριώδης scribendum) κἀξυβρίζων. Postrema horum ad procos Penelopae spectare vidit Wakefieldius in Silv. crit. partis III. appendice. Apud Aristophanem utra vox aptior sit, apertum est. Nam κιχλισμῶν nihil opus, quum γυναικῶν dixerit; conviviis vero et compotationibus conveniunt καχασμοί.

1073. ζῆν ἄξιον] L. Ia. ζῆν ἐστὶν ἄξιον· e glossa. V. seq. iidem πάρειμι δῆτ'. ERN.

1076. Servavi vulgatam, quae est in optimis codd. Sed quum in Bar. 43. Dobraei quinto, Ernestiique L. Ia. et Mut. b. πάρειμι δῆτ' ἐντεῦθεν legatur, dubium est, utrum librariis obversatus sit v. 1059. an εἶεν separari a versu poeta voluerit. Caeterum φύσεος

ἥμαρτες, ἠράσθης, ἐμοίχευσάς τι, κᾆτ' ἐλήφθης·
ἀπόλωλας· ἀδύνατος γὰρ εἶ λέγειν. ἐμοὶ δ' ὁμιλῶν,
χρῶ τῇ φύσει, σκίρτα, γέλα, νόμιζε μηδὲν αἰσχρόν.
μοιχὸς γὰρ ἢν τύχῃς ἁλούς, τάδ' ἀντερεῖς πρὸς αὐτόν,
ὡς οὐδὲν ἠδίκηκας· εἶτ' ἐς τὸν Δί' ἐπανενεγκεῖν·
κἀκεῖνος ὡς ἥττων ἔρωτός ἐστι καὶ γυναικῶν.

---

scribendum videbatur Elmsleio, diligentissimo observatori usus, in censura Hecubae Porsonianae p. 268. F. ed. Lips. quod ea forma invenitur in Vespis v. 1282. et 1458. quibus solis in locis genitivo huius nominis usus est Aristophanes. Libri quidem etiam illis in locis φύσεως habent: et prior quidem eorum quum sit in carmine paeonico pedes omnes puros habente, est sane quo φύσεος, quod a Bentleio profectum est, valde commendetur:

ἀλλ' ἀπὸ σοφῆς φύσεος αὐτόματον ἐκμαθεῖν.

Quod si sic scripsit poeta, idonea excusatio est a carmine melico. Eadem uti quis possit etiam in altero loco,

φύσεος, ἣν ἔχει τις ἀεί,

quandoquidem illud quoque melicum carmen est, in quo diligenter servata videtur syllabarum responsio. Quamquam in Glyconeo polyschematisto recte etiam φύσεως scribi potuit. Bentleius etiam aliud huius formae exemplum addidit ex Pluti v. 1044.

τάλαιν' ἐγὼ τῆς ὕβρεος, ἧς ὑβρίζομαι.

Sic pauci libri: alii τῆς ὕβρεος; plerique τῆς ὕβρεως; Venetus τῆς ὕβρεως ἧς αἰσχύνομαι. At in iambis vehementer vereor ut epicam formam admiserint comici. Quare Pluti versum corruptum esse credo, sive sic corrigendus est,

τάλαιν' ἔγωγ' ἧς τῆσδ' ὕβρεως ὑβρίζομαι,

sive aliter.

1077. Bentleius corrigit ἐμοίχευσάς τι, κᾆτ' ἐλήφθης; similiter Dukerus. ERN. Vulgo ἐμοίχευσας. τί; κατελήφθης. Recte Brunckius Bentleium sequutus est. Neque aliter videtur in Rav. et Ven. scriptum esse.

1079. Rav. omittit γέλα.

1080. αὐτόν] Int. maritum, a quo deprehensus est, sive quem iniuria adfecisti. At C. Ib. habent αὐτούς, adversarios, accusatores. Huc vergit scholion. ERN. Τάδ' abest ab libro Ravennate.

1081. ἠδίκηκας] C. Ib. ἠδίκησας. ERN. Brunckius e codd. A. B. D. ἠδίκησας. Perfectum tuentur Rav. Ven. alii. Pro ἐς Rav. εἰς. In Veneto est εἶτ' οὖν ἐς. Apte comparant Terent. Eun. III. 5, 35. seqq.

1082. ὡς] L. Ia. γάρ. ERN. Sic etiam Bar. 43. et quintus Dobraei. Codex Venetus, κἀκεῖνος ὢν ἔρωτός τε καὶ γυναικῶν ἥττων. Τε pro ἐστι etiam Rav.

καίτοι σὺ θνητὸς ὢν θεοῦ πῶς μεῖζον ἂν δύναιο;

ΔΙΚΑΙΟΣ

τί δ' ἢν ῥαφανιδωθῇ γε πιθόμενος, τέφρᾳ τε τιλθῇ;
ἕξει τίνα γνώμην λέγειν, τὸ μὴ εὐρύπρωκτος εἶναι;

ΑΔΙΚΟΣ

ἢν δ' εὐρύπρωκτος ᾖ, τί πείσεται κακόν;

ΔΙΚΑΙΟΣ

τί μὲν οὖν ἂν ἔτι μεῖζον πάθοι τούτου ποτέ;

ΑΔΙΚΟΣ

τί δῆτ' ἐρεῖς, ἢν τοῦτο νικηθῇς ἐμοῦ;

ΔΙΚΑΙΟΣ

σιγήσομαι. τί δ' ἄλλο;

ΑΔΙΚΟΣ

φέρε δή μοι φράσον·
συνηγοροῦσιν ἐκ τίνων;

1084. Edd. γε πειθόμενος, quibus consentiunt R. L. I. quod fieri potest, si deleatur cum Ia. τὸ σοι. Vat. C. idem, sed sine γε. ERN. Brunckius, ἢν ῥαφανιδωθῇ πιθόμενός σοι. Ita MS. C. Reliqui quattuor eius codd. cum Rav. et Ven. aliisque bonis codd. πειθόμενος sine γέ. Omittunt σοὶ etiam Bar. 43. et quintus Dobraei. Veram scripturam esse, quam recepit Reisigius, quem vide in Coniect. p. 119. numeri docent. Durum est enim πιθόμενος ita collocatum, ut ultima producta quintum pedem incipiat; durum etiam encliticum σοὶ sub ictu. Brunckianam scripturam si quis probat, necessario σοὶ debebit ὀρθοτονούμενον scribere. Sed eo facile caremus, habetque notam interpretamenti, quod contra γε, quod *adeo* significat, hic aptissimum est.

1087. οὖν ἂν] L. Ia. οὖν ποτ' ἄν. ERN. Vereor ne non recte horum librorum scripturam notaverit Ernestius. Nam in Ruhnkenii collatione nihil ad hunc versum adscriptum quam ποτ' ἄν. quod pertinet ad finem versus. Vulgo enim legitur, τί μὲν οὖν ἂν ἔτι μεῖζον πάθοι τούτου ποτέ; Quod in Rav. et Ven. omissum esse ἂν perhibetur, id videtur ad illud ἂν spectare quod post οὖν est. Barocc. 43. Harleianus, Mutinensis secundus, Dobraei quintus τί pro ἔτι, et in fine ποτ' ἂν habent: ut suspicio sit, etiam in Leidensi τί pro ἔτι scriptum esse. Quod si Rav. et Venetus vere prius illud ἂν omittunt, valde probabile est, genuinam scripturam esse, τί μὲν οὖν, τί μεῖζον ἔτι πάθοι κακὸν ποτ' ἄν.

1088. Rav. τοῦτ' ἦν.

1089. In Rav. iniusti oratoris persona non ante φέρε, sed ante τί δ' ἄλλο posita.

ΔΙΚΑΙΟΣ

ἐξ εὐρυπρώκτων.

ΑΔΙΚΟΣ

πείθομαι.
τί δαί; τραγῳδοῦσ' ἐκ τίνων;

ΔΙΚΑΙΟΣ

ἐξ εὐρυπρώκτων.

ΑΔΙΚΟΣ

εὖ λέγεις.
δημηγοροῦσι δ' ἐκ τίνων;

ΔΙΚΑΙΟΣ

ἐξ εὐρυπρώκτων.

ΑΔΙΚΟΣ

ἆρα δῆτ'
ἔγνωκας, ὡς οὐδὲν λέγεις;
καὶ τῶν θεατῶν ὁπότεροι
πλείους, σκόπει.

1091. πείθομαι] In R. tribuitur etiam iusto, sed v. seq. iniusto. C. pro πείθομαι habet εὖ λέγεις. et pro glossa πείθομαι, καλῶς λέγεις. Sed πείθομαι verum est. ERN.

1092. Rav. τί δέ.

1094. καὶ δημαγωγοῦσ' ἐκ τίνων;] R. delet καί. Idem δημαγωγοῦσι δ', quod placet. ERN. Vulgo καὶ δημαγωγοῦσ' ἐκ τίνων. Omittunt καὶ etiam Baroccianus 127. Dorvillianus, primus Dobraei. Vt Ernestii Regius, etiam primus Mutinensis. Ex quo facile intelligitur veram esse libri Ravennatis scripturam δημηγοροῦσι δ' ἐκ τίνων, quam merito recepit Reisigius, qui tamen versum hunc sedem suam commutare fecit cum v. 1091. credo ne consimilia disiungerentur. Mihi quidem aptius videtur consilioque iniusti oratoris accommodatius, nullo haec ordine, sed ut quidquid in mentem venit, quaeri. In cod. Ven. desunt versus 1091 — 1094.

1097. Verba, καὶ τῶν θεατῶν ὁπότεροι πλείους, σκόπει, in Brunckiana ed. ut in vulgatis, in unum trimetrum coniuncta sunt, quem deinde dimeter sequitur,

καὶ δὴ σκοπῶ. τί δῆθ' ὁρᾷς.

Sed trimetri locum non habent in systemare dimetrorum. Quare mutavimus versuum descriptionem, in qua observari velim, hunc versum,

τί δῆθ' ὁρᾷς,

multo elegantius esse monometrum, quam, ut vulgo, extremam par-

ΔΙΚΑΙΟΣ

καὶ δὴ σκοπῶ.

ΑΔΙΚΟΣ

τί δῆθ' ὁρᾷς;

ΔΙΚΑΙΟΣ

πολὺ πλείονας, νὴ τοὺς θεούς,
τοὺς εὐρυπρώκτους. τουτονὶ
γοῦν οἶδ' ἐγώ, κἀκεινονί,
καὶ τὸν κομήτην τουτονί.

ΑΔΙΚΟΣ

τί δῆτ' ἐρεῖς;

---

tem dimetri. Nam hoc breviore versu apte indicatur pausa colloquendi, qua circumspectans iustus orator opus habet, donec satis perlustrato spectatorum consessu, mirabundus in haec verba erumpat, πολὺ πλείονας, νὴ τοὺς θεούς, τοὺς εὐρυπρώκτους.

1100. πλείονας] C. πλείους. ERN. Sextus Dobraei πλοίους, sic. Quod Reisigius posuit πολλῷ πλείους, non persuaserit cuiquam in Coniect. p. 42. ornatioribus et illustrioribus numeris dictum esse.

1101. Καὶ abest R. ERN. Vulgo:

πολὺ πλείονας, νὴ τοὺς θεούς,
τοὺς εὐρυπρώκτους.
καὶ τουτονὶ γοῦν οἶδ' ἐγώ, κἀκεινονί,
καὶ τὸν κομήτην τουτονί.

Bentleius, omisso priore καί, quod etiam a tribus codd. Brunckii et Bavar. et Ravenn. Ven. aliisque abest, ita corrigendum putavit:

τοὺς εὐρυπρώκτους. τουτονὶ
γοῦν οἶδ' ἐγώ, κἀκεινονί.

Brunckius autem sic edidit:

τοὺς εὐρυπρώκτους. τουτονὶ γοῦν οἶδ' ἐγώ,
κἀκεινονί, καὶ τὸν κομήτην τουτονί.

Sed trimetris non est locus in systemate dimetrorum. Ravennas denique liber et Venetus sic habent, errore haud dubie librarii, qui codicem eum scripsit, unde illi sunt derivati:

τοὺς εὐρυπρώκτους, τουτονί,
καὶ τὸν κομήτην τουτονί.

Non idonea de caussa offendit Elmsleium γε coniunctum cum vocabulis demonstrativis in ί desinentibus in Auctario ad Acharnenses v. 108.

1104. Hic versiculus deest in cod. Ven.

1104. 1105. Hos quoque versus male Brunckius in unum trimetrum coniunxit. Quorum prior simili de caussa ut v. 1098. mo-

ΔΙΚΑΙΟΣ

ἡττήμεθ', ὦ κινούμενοι,
πρὸς τῶν θεῶν,
δέξασθέ μου θοἰμάτιον, ὡς
ἐξαυτομολῶ πρὸς ὑμᾶς.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ. ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ. ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ. ΧΟΡΟΣ.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

Τί δῆτα; πότερα τοῦτον ἀπάγεσθαι λαβὼν
βούλει τὸν υἱόν, ἢ διδάσκω σοι λέγειν.

---

nometer esse debet. Nam tacet aliquantisper iustus orator, dum aliquid praesidii inveniat. Nullum autem perfugium relictum videns, plenis dimetris victum se fatetur.

1105. ἡττώμεθ', ὦ κινούμενοι etc.] R. L. rectius ἡττήμεθ'. Sed in Ia. ὦ κινούμενοι cum seqq. tribuuntur Phidippidae: in Ib. autem, item R. C. Phidippidae assignantur tres sequentes versus. ERN. Ἡττήμεθ' etiam Brunckius e quattuor codd. Regiis recepit. In B. et Dobraei secundo, quinto, sexto Phidippidae persona ante ὦ κινούμενοι posita est. A. C. D. Phidippidae personam praefigunt versui 1106. In quarto Regio et Dobraei tertio a manu prima omnia continuantur Iusto Oratori, sed in Regio recentior manus versui 1105. adscripsit φειδ. Caeterum Brunckius verba δέξασθέ μου θοἰμάτιον eo spectare censet, quod nudos intraire ad Socratem oportebat discipulos. V. v. 493 seq. Scholiastae autem interpretationem, qui vestem ideo abiici dicit, ut eo celerius fugere possit iustus orator, ineptissimam dicit. At ea non solum aptissima, sed unice vera est. Non enim apud Socraticos perfugium quaerit iustus orator, quippe a quibus exierat, neque hi sunt κινούμενοι, sed spectatores. Nam ubi omnia plena videt mollium et effeminatorum hominum, perniciem sibi metuens, ni horum partibus accedat, simulat se vestem iis transmissurum esse, quo expeditior ipse ad eorum gregem perfugere possit. Sic demum hic locus dignus est Aristophanis petulantia et acerbitate. Post hunc versum aliquantisper solus in scena stare videtur Phidippides, dum histriones, qui oratorum personas egerant, mutato in postsceniis vestitu, in Socratem et Strepsiadem mutati sua uterque e domo exeunt.

1108. ἐπάγεσθαι] Facile in mentem veniat scribendum esse ἀπάγεσθαι, quod etiam habet cod. Vat. probatque Kusterus. ERN. Non Vaticanus, sed Arundel. cod. ἀπάγεσθαι habet. Id Brunckio quoque placet, cuius in codice glossa est ἀπελθεῖν, habentque et Venetus et primus sextusque Dobraei, nec dubitandum videtur quin

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

δίδασκε, καὶ κόλαζε, καὶ μέμνησ' ὅπως
εὖ μοι στομώσεις αὐτόν· ἐπὶ μὲν θἄτερα,
οἷαν δικιδίοις· τὴν δ' ἑτέραν αὐτοῦ γνάθον
στόμωσον, οἷαν ἐς τὰ μείζω πράγματα.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

ἀμέλει, κομιεῖ τοῦτον σοφιστὴν δεξιόν.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

ὠχρὸν μὲν οἶμ' ἔγωγε, καὶ κακοδαίμονα.

---

haec vera sit scriptura. Nam etsi etiam ἐπάγεσθαι significat *secum ducere*, habet id tamen adiunctam notionem vel loci, ad quem quis ducitur, vel negotii, ad quod adhibendus sit. Quare quum quis domum suam aliquem ἐπάγεσθαι dicitur, intelligitur is non esse domesticus, sed ad domesticos accedere novus. Caeterum quartus Regius et Ravennas et Venetus aliique libri πότερα pro πότερον, quod, ut et magis Atticum et ad sonum hic suavius, recipiendum duximus.

1110. σοι] R. τοῦ. C. τό. ERN. A. διδάσκω τοῦ λέγειν. C. διδάξω τοῦ λέγειν. Vnus Dobraei διδάσκων σοῦ λέγειν. D. et duo Porsoni codd. διδάσκω τὸ λέγειν. Quartus Regius a prima manu τό, sed emendatum σοι. In Dobraei primo διδάσκω δὴ λέγειν, supra scripto γρ. σοὶ ἢ τό; in alio adnotatum ὥςτε λέγειν αὐτοῖ δηλ', et alia recentiore manu ἕνεκα σοῦ; in alio denique scriptum διδάσκω λέγειν, omissa media voce. Hinc coniiciat quis, vulgatam σοι, quamquam aptissimum sit, tamen explendi versus caussa a correctoribus additum esse, poetam autem scripsisse ἢ διδασκήσω λέγειν. Vsus est hac forma Hesiodus O. et D. 64. recteque eam restituit I. H. Vossius in Homerico hymno Cereris v. 144. Vereor tamen ne non inveniatur apud Atticos.

1112. Aliquot codd. in iisque Ravennas et Venetus στομώσῃς, ut legitur apud Suidam in ea voce: sed apud eumdem v. οἷα recte, ut in caeteris libris, στομώσεις. Tum aliquot libri θατέραν. Reisigius θατέρᾳ. Vulgatum et optimi codd. habent, et Suidas in v. στομώσῃς, et schol. ad v. 1163.

1114. Rav. Ven. οἷον.

1116. οἶμαί γε] Sic R. Hic versus cum seq. in C. I. tribuuntur Phidippidae. ERN. Vulgo, ὠχρὸν μὲν οὖν οἶμαι καὶ κακοδαίμονα. Codd. plerique οἶμαί γε καί, tertius Mutinensium οἴομαι, primus ἤδη pro οἶμαί γε. In Dorv. omissa nota personae. Codd. Rav. et Ven. ὠχρὸν μὲν οὖν ἔγωγε καὶ κακοδαίμονα, quasi haec diceret Strepsiades. Et data sunt huic haec verba in Ravennate. At Strepsiadis nihil interest, pallidusne redeat filius an non, dummodo dicendi artes didicerit, sed Phidippidis est coloris et formae iacturam dolere, postquam invitus ad Socratem est adductus. Nihilo tamen minus

ΧΟΡΟΣ

χωρεῖτε νῦν· οἶμαι δέ σοι ταῦτα μεταμελήσειν.

Ἐπιῤῥημα

Τοὺς κριτὰς ἃ κερδανοῦσιν, ἤν τι τόνδε τὸν χορὸν
ὠφελῶσ' ἐκ τῶν δικαίων, βουλόμεσθ' ἡμεῖς φράσαι.
πρῶτα μὲν γάρ, ἢν νεᾶν βούλησθ' ἐν ὥρᾳ τοὺς
ἀγρούς,

---

praestat illorum librorum scriptura, modo etiam alteri suum ius tribuatur. Nam illud οἶμαι nihil est nisi vel diversitas scripturae vel potius correctio, quae super οὖν scripta quum in textum venisset, fecit ut vel ἐγὼ vel ἔγωγε expelleretur. Quare οἶμ' ἔγωγε reposui.

1117. νῦν] Τὰ νῦν R. ERN. Vulgo hic et sequens versus choro tribuuntur, ita scripti:

χώρει νῦν· οἴομαι δὲ
σοὶ ταῦτα μεταμελήσειν.

Cod. Ven. χώρει νῦν. οἶμαι δέ σου. Brunckius, auctoritate membr. prima verba choro, illa οἶμαι δέ, et quae sequuntur Phidippidi tribuit, et versus, ut in membr. sic descripsit:

χωρεῖτε νῦν. οἶμαι δέ σοι
ταῦτα μεταμελήσειν.

Membr. χωρεῖται νῦν. C. χωρεῖτε νῦν, et uterque versus cum superiore continuatus Phidippidae. In C. et Brunckii cod. ac membr. Dobraeique tertio οἶμαι, non οἴομαι, quod servant alii codd. In Rav. et quarto Regio, χώρει νῦν. οἶμαι δέ σοι, versusque tributi Phidippidi. In B. tribuuntur Strepsiadi. Secundus Dobraei, οἶμαι σοι δὲ ταῦτα μεταμέλειν. In eodem ante χώρει persona chori videtur notata fuisse. Chori haec esse apparet ex eo, quod non sunt trimetris scripta. Si essent systema iambicum, legi oporteret, ut olim conieceram, οἶμαι δ' ἐγὼ σοι ταῦτα μεταμελήσειν. Sed etiam ut ex libris dedimus, recte se habent. Vocatum est hoc metrum a metricis Εὐριπίδειον τεσσαρεσκαιδεκασύλλαβον, cuius mentionem fecit inter asynartetos Hephaestio: v. Elem. d. metr. III. 8, 18. p. 598. et Elmsleium in censura Hecubae Porsonianae p. 272. ed. Lips. et ad Ach. 1210.

1118. Ordo est, βουλόμεσθ' ὑμῖν φράσαι τοὺς κριτάς, ἃ κερδανοῦσιν etc. pro φράσαι, ἃ οἱ κριταὶ κερδανοῦσιν. vid. schol. ERN. Pro ὑμῖν liber Ravennas et Venetus ἡμεῖς, quod recepi. Saepius eo pronomine praeter necessitatem utitur chorus, quum spectatores alloquitur, ut supra v. 607. Thesm. 785. 830. Similis, ut hic, iudicum benevolentiae captatio est in Av. 1102. seqq. Caeterum in edd. vett. praefixus est huic versui titulus ἐπίῤῥημα, quem servavi.

1119. Πρῶτον Iu. male. Sed pro νεοῦν cod. R. habet νεᾶν, quod vulgato sine dubitatione praeferendum est. Hesych. νεᾶν, (sic

ὕσομεν πρώτοισιν ὑμῖν, τοῖσι δ' ἄλλοις ὕστερον.
εἶτα καρπὸν τὰς τεκούσας ἀμπέλους φυλάξομεν,
ὥςτε μήτ' αὐχμὸν πιέζειν, μήτ' ἄγαν ἐπομβρίαν.
ἢν δ' ἀτιμάσῃ τις ἡμᾶς θνητὸς ὢν οὔσας θεάς,
προςεχέτω τὸν νοῦν, πρὸς ἡμῶν οἷα πείσεται κακά,
λαμβάνων οὔτ' οἶνον, οὔτ' ἄλλ' οὐδὲν ἐκ τοῦ χωρίου.
ἡνίκ' ἂν γὰρ αἵ τ' ἐλᾶαι βλαστάνωσ' αἵ τ' ἄμπελοι,

---

ibi recte pro νεοῦν restituit Alberti) νεᾶσαι γῆν. ubi vid. Alb. ERN. Νεᾶν etiam Brunckius dedit ex A. C. quibuscum consentiunt Ravennas, Venetus, aliique libri. V. Pors. Append. ad Toup. p. 489. Ravennas βούλεσθ'.

1122. Vulgo εἶτα τὸν καρπὸν τεκούσας ἐμπέλους φυλάξομεν. Et τὸν καρπὸν quidem aptissime dici ex eo patet, quod postquam de fossione et repastinatione agrorum dictum erat, fructus potius quam vites commemorari debent. Duabus enim in rebus se beneficas praebent Nubes, quum seruntur fruges, in satione adiuvanda; quum natae sunt et crevere, in maturandis. At non congruit ista scriptura cum legibus grammaticis, quique nuper novam Syntaxin linguae Graecae edidit, nihil profecit, quum p. 315. ad muniendum τὸν καρπὸν Platonem in Phaedone p. 110. D. adhibuit: id enim quin recte diceretur ne dubitare quidem quisquam poterat: sed illud erat ostendendum, ἀμπέλους carere articulo posse. Id sensere librarii, qui sextum Dobraei et Mut. a. scripserunt, a quibus positum est τὸν καρπὸν τεκούσας τὰς ἀμπέλους. Illud τὰς etiam in secundo et quarto Dobraei et Bar. 43. ad ἀμπέλους explicandi caussa adscriptum. Τὸν καρπὸν qui tueri volet, scribere debebit τεκούσης ἀμπέλου, cuius tamen scripturae neque in libris ullum vestigium est, nec facile eam ex scholiastae verbis eruas: χαριέντως εἶπε τεκούσας, καὶ φυλάξαι, ἐπὶ τῆς βλαστήσεως τῆς ἀμπέλου. λίαν γάρ ἐστιν εὐχερὲς ῥεῖν. Sed alio modo corrigendus est locus. Neque enim negligendum, quod optimi codd. Harl. Barocc. 127. Dobraei primus et tertius καρπὸν sine articulo exhibent, iidemque codices, excepto Dobraei tertio, τὰς ἀμπέλους praebent, unde et oratione ad legem syntacticam accommodata, et sensu eo, quo hic opus est, dedi καρπὸν τὰς τεκούσας ἀμπέλους.

1123. Vulgo μήτ' ἄγαν γ' ἐπομβρίαν. Γὲ recte Brunckius cum plerisque codd. omisit.

1125. προσχέτω, quod Ernestio in mentem venerat, posuit Dindorfius. Eodem versu primus Mutinensis πήσεται, quae forma hic illic ab librariis scripta cohaeret cum participio πήσας, quo usus est Aeschylus Ag. 1633.

1127. Vulgo ἡνίκ' ἂν γὰρ αἵ τ' ἐλαῖαι. Liber Ravennas, Venetus, et aliquot alii codd. ἡνίκα γὰρ αἵ τ' ἐλαῖαι. Alii ἡνίκ' ἄν, omis-

ἀποκεκόψονται· τοιαύταις σφενδόναις παιήσομεν.
ἢν δὲ πλινθεύοντ' ἴδωμεν, ὕσομεν, καὶ τοῦ τέγους
τὸν κέραμον αὐτοῦ χαλάζαις στρογγύλαις συντρίψομεν.
κἂν γαμῇ ποτ' αὐτός, ἢ τῶν ξυγγενῶν, ἢ τῶν φίλων,
ὕσομεν τὴν νύκτα πᾶσαν· ὥστ' ἴσως βουλήσεται
κἂν ἐν Αἰγύπτῳ τυχεῖν ἂν μᾶλλον, ἢ κρῖναι κακῶς,

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

Πέμπτη, τετράς, τρίτη, μετὰ ταύτην δευτέρα·
εἶθ', ἣν ἐγὼ μάλιστα πασῶν ἡμερῶν
δέδοικα καὶ πέφρικα καὶ βδελύττομαι,
εὐθὺς μετὰ ταύτην ἔσθ' ἕνη τε καὶ νέα.

---

so γάρ. Potuerat scribi, sed non praeferendum, ἡνίκα γὰρ ἂν αἵ τ' ἐλᾶαι.

1131. τῶν ξυγγενῶν] C. addit ἀπὸ e glossa: int. τις, quod interdum in hac forma omittitur. ERN. Ad nocturnam deductionem sponsae respici, monuit Wakefieldius Silv. crit. vol. V. p. 43.

1132. Ex Suida in v. βουλήσεται genuinam scripturam restitui. Legebatur enim in libris Aristophanis et schol. ad v. 1118. τυχεῖν ὢν, nec quidquam diversitatis adnotatum invenio, nisi decsse ὢν in sexto Dobraei. Commendat repositum pro eo ἂν et usus, qui eam particulam accedente κἂν pene flagitat, et numerorum, si quis ad hoc genus exercitatas aures habeat, suavitas, sublata illa, si ὢν legatur. Porsonum quidem, qui τυγχάνειν sine participio non putabat pro εἶναι dici, satis refutatum esse a viris doctis constat. Cur Aegyptum memoret poeta, duas scholiastes caussas affert, unam quod superior Aegypti pars, qua Thebae sunt, Herodoto teste III. 10. imbribus careat, alteram latrocinia et fraudes Aegyptiorum. Videtur utrumque ita coniungendum esse, ut dicat, malle illos vel in sicca posse Aegypto esse, quamvis aliis abundante incommodis.

1137. μετὰ ταύτην] Vt v. 1134. L. μετ' αὐτήν. ERN. Brunckius e membr. et suo cod. ἔστ' ἕνη, pro vulgato ἔσθ' ἕνη, quod habent quum alii libri tum Ravennas et Venetus, more Atticorum. Praeter fragmentum lexici rhetorici cum Photio editi p. 668. interpretes ad Hesych. vol. I. p. 1236. Ruhnkenium ad Tim. p. 103. Buttmannique excursum VI. ad Demosth. or. in Mid. praecipue conferendus Idelerus in Manuali chronologiae vol. I. p. 266. seqq. et 279. seqq. Copiose de vocabulo ἕνος disseruit H. Stephanus in Indice Thesauri, sed non ut satis accurate definivisse eius significatio-

πᾶς γάρ τις ὀμνύς, οἷς ὀφείλων τυγχάνω,
θείς μοι πρυτανεῖ', ἀπολεῖν με φησὶ κἀξολεῖν,

---

nem videatur. Notat autem tempore proximum a certo vel die vel anno, sive sequatur, sive antecedat. Vnde ἐς αὔριον ἔστ' ἔνηφιν, et ἕνος oppositum τῷ νέῳ. Sed quamquam ἔνη de sequuturo die dictum proprie crastinum significare debebat, tamen quoniam is ἡ αὔριον suo nomine vocabatur, qui eum autem exciperet proximus ἔνη iam antiquitus dici consueverat, ut apud Hesiodum O. et D. 428.

μηδ' ἀναβάλλεσθαι ἔς τ' αὔριον ἔς τ' ἔννηφιν,

factum videtur ut ἔνη simpliciter diem qui perendie esset significaret, ut apud Theocritum XVIII. 14.

ἐπεὶ καὶ ἔνας καὶ ἐς ἀῶ
κἠς ἔτος ἐξ ἔτεος, Μενέλαε, τεὰ νυὸς ἅδε.

Vnde ἔνης et Laconum ἔναρ grammatici ἐς τρίτην interpretantur: v. Hesych. et Harpocrat. ac schol. Aristoph. ad Ach. 171. quo loco alioquin haud scias an crastinus sit dies intelligendus: conf. Schoemann. de comitiis p. 149. Est autem ἔνη cognatum cum εἷς, et significat *unam*, servatum in Latino *perendie*.

1138. Vulgo legitur: πᾶς γάρ τις ὄμνυσ', οἷς ὀφείλων τυγχάνω, θείς μοι πρυτανεῖ', ἀπολεῖν με φησὶ κἀξολεῖν, ἐμοῦ μέτριά τε καὶ δίκαι' αἰτουμένου. Vitiosius etiam apud Suidam v. πρυτανεῖον legitur ὤμνυσ'. Brunckius, *male*, inquit, *vulgo ἀπολεῖν με, hiulca oratione, cuius partes abruptae nullo nexu cohaerent. male etiam v. seq. legitur μέτριά τε. Scribi debuit τοι, quod adversativum est. τοὶ et τὲ saepissime permutantur. με ex glossa invectum fuit.* Hinc edidit ἀπολεῖν τε et μέτριά τοι, utrumque male. Nam τοὶ quidem ut recte hic dicatur, at minime tamen necessarium est, in illis autem ὄμνυσι ἀπολεῖν τε φησί, tantum abest, ut oratio sit ad communem sermonem, praesertim rustici, accommodata, ea ut potius hac poetica verborum collocatione ab omni colloquiorum simplicitate alienissima esse videatur. Immo uno apostropho deleto, sua huic loco elegantia, suusque nitor restitui potest. Non enim ὄμνυσι, sed ὀμνὺς participium ab Aristophane profectum est. Haec quum scripsissem, Reizium quoque sic correxisse animadverti. Et ante hunc ita scribendum viderat Reiskius, repertaque ea scriptura est in Bar. 127. uno Porsoni, primo et tertio Dobraei, fueratque in Dorvilliano, in quo in vulgatum mutata est. In quarto Dobraei est, quod eodem spectat, ὁ ὤμνυσ', in quo ὁ non articulum esse docet Dobraeus. Adnotatumque ὀμνὺς etiam in Caninii ed. margine.

1139. De πρυτανείοις, de quibus nondum omnia ad liquidum perducta, ut alios taceam, conferendus Matthiae in Miscell. philol. I. p. 261. not. 47. Vide infra v. 1197. seqq.

ἐμοῦ μέτρι' ἄττα καὶ δίκαι' αἰτουμένου·
ὦ δαιμόνιε, τὸ μέν τι νυνὶ μὴ λάβῃς,
τὸ δ' ἀναβαλοῦ μοι, τὸ δ' ἄφες. οὔ φασίν ποτε
οὕτως ἀπολήψεσθ', ἀλλὰ λοιδοροῦσί με,
ὡς ἄδικός εἰμι, καὶ δικάσασθαί φασί μοι.
νῦν οὖν δικαζέσθων· ὀλίγον γάρ μοι μέλει,
εἴπερ μεμάθηκεν εὖ λέγειν Φειδιππίδης.
τάχα δ' εἴσομαι, κόψας τὸ φροντιστήριον.
παῖ, ἠμί, παῖ, παῖ.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ. ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

Στρεψιάδην ἀσπάζομαι.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

κἄγωγέ σ'· ἀλλὰ τουτονὶ πρῶτον λαβέ·

1140. Vulgo *μέτριά τε*, quod tuetur etiam Venetus. Sed quum in Bar. 42. Dobraei quinto Mut. b. inventum sit *μέτρι' ἄτα*, quorum in uno glossa *ὀλίγα τινά* est, quumque etiam in tertio Dobraei, qui vulgatum servat, adnotatum sit *τινά*, recte et Porsonus emendavit *μέτρι' ἄττα* et Dobraeus, qui videndus in Aristophanicis p. (43) et ad Porsoni Miscellanea p. 390.

1142. Pro *ἀναβαλοῦ μοι* cod. Ven. *ἀναβαλοῦμαι*. Partem, inquit, nunc ne cape, partem differ exigere, partem remitte. Ita nunc ille nihil, olim pauxillum, et fortasse ne id quidem capiet. Et tamen illa Strepsiades modica et iusta vocat, quo non potest non risum movere spectatoribus. Sed facit id etiam gestu. Non bene enim in antiquis edd. plene post *καζολεῖν*, commate post *ἄφες* distinguebatur, quod posterius placuit Reisigio. Nam et sententiae ratio et initio positum pronomen distinctivum *ἐμοῦ*, cohaerere omnia usque ad *ἄφες* cum praecedentibus arguunt. Aliter dicendum fuisset *μέτρι' ἄττα γάρ μου*, quod tamen orationem languidam reddidisset. Sed iunctis, quae iungenda diximus, copula requirebatur *ἀλλὰ* ante *οὔ φασιν*. Eius loco ille gestu humerorum et manuum, quo sit in discrimine, indicat: quo fit ut copulae omissio etiam leporem addat iis quae dicit.

1144. *Δικάσεσθαι* nescio an ex Kusteriana in posteriores venerit. Certe edd. vett. et codd. *δικάσασθαι*.

1145. C. Ia. paucique alii *δικασάσθων*, Dorv. *δικαζέσθω*, supra scripto *σαν*. Mox L. *ὀλίγων*, pauci alii *ὀλίγου*.

1149. *Τουτονὶ* quem dicat, diversae prostant veterum interpretum sententiae. In Brunckii codice adnotatum *τὸν πλακοῦντα*,

χρὴ γὰρ ἐπιθαυμάζειν τι τὸν διδάσκαλον·
καί μοι τὸν υἱὸν εἰ μεμάθηκε τὸν λόγον
ἐκεῖνον εἴφ', ὃν ἀρτίως εἰςήγαγες.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

μεμάθηκεν.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

εὖ γ', ὦ παμβασίλει' Ἀπαιόλη.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

ὥςτ' ἀποφύγοις ἂν ἥντιν' ἂν βούλῃ δίκην.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

κεἰ μάρτυρες παρῆσαν, ὅτ' ἐδανειζόμην;

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

πολλῷ γε μᾶλλον, κἂν παρῶσι χίλιοι.

---

nimis profecto vile honorarium. Vulgatus scholiastes saccum farinae dici putat, propter id quod v. 665. promiserat Strepsiades, διαλφιτώσω σοῦ κύκλῳ τὴν κάρδοπον. Et est hoc quidem verisimillimum, saccum farinae afferri ab homine rustico: sed eum saccum oportebat talem esse, ut conspecto statim intelligerent spectatores, farina plenum esse. Estque in hoc usu proprium nomen θύλακος. Quamquam igitur non opus est dici quid insit in sacco, tamen non inepte adderetur, farina plenum esse, praesertim pauperi isti Socrati, qui vel furari coactus fuerit ut coenam haberet. Ac mirum est, quod in Regio C. apud Brunckium adnotatio adscripta legitur, quae, si una litterula accedat, trimetrum praebeat, τὸν θύλακον, ὅς ἐστι μεστὸς ἀλφίτων. Id si scribatur τὸν θύλακόν γ', haud inficetus erit hic versus, si post v. 1149. vel 1150. inseratur.

1150. χρὴ γὰρ ἐπιθαυμάζειν] Suid. habet δεῖ, sed Eustath. ad Il. μ. p. 912. [58. sive 876, 9. ed. Bas.] agnoscit χρή, et contra habet ἀποθαυμάσαι, per εὐφημίαν dictum pro *praemium dare*, ut Latini *honorem habere*. vid. Kust. ad Suid. in ἐπιθαυμάζειν. ERN. Vulgata exstat in schol. Aristid. p. 362. ed. Frommel. et ἐπιθαυμάζειν τὸν διδάσκαλον in Append. ad Photii lexicon p. 669.

1153. Ravennas εὖ ὦ.

1154. Ven. et alii quidam codd. ἥντινα βούλει. Etiam Rav. βούλει.

1156. κἂν παρῶσι] R. παρῆσαν, quod rectissimum est: non, *si adsint*, sed, *si affuerint*. ERN. Κἂν παρῶσι retinent quartus Regius, Ravennas, Venetus, et plerique codd. omnes ac Suidas v. πολλῷ et editus et MS. Sed C. habet κἂν παρῶσαν. A. D. Bavarus κἂν παρῆσαν. Inde Brunckius, quod verba in superiore versu posita eleganter repeti videbantur, κεἰ παρῆσαν edidit. Recte se habet

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

βοάσομαί τἄρα τὰν ὑπέρτονον
βοάν. ἰώ, κλάετ' ὦ 'βολοστάται,
αὐτοί τε καὶ τἀρχαῖα, καὶ τόκοι τόκων·
οὐδὲν γὰρ ἄν με φλαῦρον ἐργάσαισθ' ἔτι,
οἷος ἐμοὶ τρέφεται
τοῖσδ' ἐνὶ δώμασι παῖς,
ἀμφήκει γλώττῃ λάμπων,
πρόβολος ἐμός, σωτὴρ δόμοις, ἐχθροῖς βλάβη,
λυσανίας πατρῴων μεγάλων κακῶν·
ὃν κάλεσον τρέχων ἔνδοθεν ὡς ἐμέ.
ὦ τέκνον, ὦ παῖ,
ἔξελθ' οἴκων· ἄϊε σοῦ πατρός.

κἂν παρῶσι. Quod de uno facto dixerat Strepsiades, Socrates universe de quavis simili caussa eloquitur.

1157. Vulgo βοάσομ' ἄρα. Aliquot codd. βοάσομαί γ' ἄρα, quod Brunckius recepit. Ravennas, Leid. Ia. et alii βοάσομαί τ' ἄρα. Venetus, βοάσομαι γὰρ ἄταν. Suidas et in βοάσομαι et in ὑπέρτονον particulas omittit. Hodie quae vera scriptura sit ambigi non potest. Et sic Elmsleius ad Ach. 1196. conf. Reisig. Coni. p. 43. Hic quidem in sua editione pro ea qua captus tenebatur antistrophicae responsionis efficiendae cupiditate, mire conturbavit hoc carmen.

1160. L. Ia. ἐργάσαισθ'. C. ἐργάσεσθέ τι. ERN. Brunckius ἐργάσεσθ' ἔτι edidit, quod est in libro Ravennate, et, ut videtur, in Veneto. B. ἐργάσαισθ', et Suidae ed. princeps in ἰὼ κλάετ'.

1163. V. Suid. in ἄμφηκες. Ceterum haec inepta sunt, ut opinor, et ex alio poeta ducta irridendi eius causa, ut alia plura. Nec aliter iudicandum de v. 1165. λυσανίας κακῶν. ERN. Metrici scholiastae ineptas versuum divisiones correximus. Versus hic anapaesticus est paroemiacus e spondeis constans.

1164. Vulgo ἐχθροῖς ἀνιαρός. Postremo vocabulo in Brunckii codice adscriptum βλαβερός. Quartus Regius, Ravennas, Venetus, aliique libri, ἐχθροῖς βλάβη. Quod genuinum videtur Brunckio. Ac merito. Porsonus legebat βλάβος. Versum autem trimetrum fecimus. Is vulgo dimeter est, verbis πρόβολος ἐμὸς cum praecedente vocabulo λάμπων in unum versiculum coniunctis.

1165—1167. Versus dochmiaci sunt. Fallitur enim scholiastes, qui tertiam syllabam vocabuli λυσανίας producendam dicit, quae iure suo hic corripitur. Caeterum v. 1166. male liber Ravennas et Venetus, ὃν κάλεσον ἔνδοθεν τρέχων.

1167. ὦ τέκνον etc.] In cod. C. et Ia. haec Socrati tribuuntur: quod non displicet propter v. 1166. Sed ita v. 1169. quem Ia.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

ὅδ' ἐκεῖνος ἀνήρ.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ὦ φίλος, ὦ φίλος.

ΣΩΚΡΑΤΗΣ

ἄπιθι συλλαβών.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ. ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ. ΧΟΡΟΣ.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

Ἰώ, ἰώ, τέκνον, ἰώ· ἰοῦ, ἰοῦ.
ὡς ἥδομαί σου πρῶτα τὴν χροιὰν ἰδών.

Strepsiadi male tribuit, cum sint manifeste verba Socratis discipulum tradentis patri, intervallum intelligendum, ut prodeat filius evocatus; παρεπιγραφή. ERN. Etiam Rav. aliique codd. Socratis personam habent. Vulgo ὦ παῖ, παῖ. Alterum παῖ, metro et Euripide iubentibus, cum Rav. et Ven. delevi.

Hoc et sequente versu Euripidis contineri verba in Hecuba v. 172. vidit Berglerus, notaveratque scholiastes Leidensis. Sic autem legitur in libris Euripidis, non, ut videtur, satis emendate:

ὦ τέκνον, ὦ παῖ
δυστανοτάτας ματέρος, ἔξελθ',
ἔξελθ' οἴκων, ἄϊε ματέρος
αὐδάν.

Nam, ut antistropha ostendit, verba quae sunt ante αὐδάν versum praebere debent dactylicum catalecticum in disyllabum. Sed ea de re hic non est dicendi locus.

1169. ὅδ' ἐκεῖνος] Ia. ποῦ ὅδ'. ERN. Haec quoque tragici cuiuspiam verba esse videntur. Simile est ὅδ' ἐκεῖνος ἐγώ apud Sophoclem Oed. Col. 138.

1170. Vulgo, ἄπιθι σὺ λαβών. Ravennas et Venetus, ἄπιθι λαβὼν τὸν υἱόν σου, ex interpretatione. Dobraei tertius συλαβών, Ia. συλλαβών, quod exemplis firmarunt Dobraeus et Reisigius in Coniect. p. 186.

1171. Vulgo, ἰὼ ἰὼ τέκνον, ἰοῦ ἰοῦ. Vt Invernizius haec una cum praecedentibus ex cod. Rav. attulit, deesse oporteret in illo codice ἰὼ ἰὼ τέκνον. Sed nec Bekkerus eam omissionem adnotavit, nec per se veri speciem habet, quum ea verba exstent in Veneto, in quo post τέκνον iterum insertum ἰώ. Id recepi. Sic versus e duobus dochmiis constat, producta propter exclamationem ultima in τέκνον.

νῦν μέν γ' ἰδεῖν εἶ πρῶτον ἐξαρνητικός,
κἀντιλογικός, καὶ τοῦτο τοὐπιχώριον
ἀτεχνῶς ἐπανθεῖ, τὸ τί λέγεις σύ; καὶ δοκεῖν
ἀδικοῦντ' ἀδικεῖσθαι καὶ κακουργοῦντ', οἶδ' ὅτι.
ἐπὶ τοῦ προςώπου τ' ἔστιν Ἀττικὸν βλέπος.
νῦν οὖν ὅπως σώσεις μ', ἐπεὶ κἀπώλεσας.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

φοβεῖ δὲ δή τι;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

τὴν ἕνην τε καὶ νέαν.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

ἕνη γάρ ἐστι καὶ νέα τις ἡμέρα;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

εἰς ἣν γε θήσειν τὰ πρυτανεῖά φασί μοι.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

ἀπολοῦσ' ἄρ' αὖθ' οἱ θέντες· οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως

Ἰοῦ recte scriptum in edd. vett. Recentiores ἰού, quae est dolentis interiectio.

1173. Vulgo, νῦν μέν γ' ἰδεῖν εἶ πρῶτον ἐξαρνητικός. Bar. 43. et Dobraei quintus εἶ πρῶτον ἐξαρνητικὸς εἶ. Sextus Dobraei plane omittit εἶ. Auget suspicionem, in quam id verbum ab his codd. adducitur, liber Ravennas, in quo pro εἶ πρῶτον scriptum est πρῶτον μέν. Non puto tamen exstiturum, qui, quod Venetus v. seq. κἀντίλογος habet, scribendum censeat, νῦν μέν γ' ἰδεῖν πρῶτον μὲν ἐξαρνητικὸς κἀντίλογος εἶ. Vera est vulgata. Nam πρῶτον *demum* est, non inservit enumerationi. Neque aptum ἀντίλογος.

1175. Perinepte Rav. et Ven. τὸ τί Socrati tribuunt.

1178. ὅπως σώσῃς] R. σώσεις recte, idque recepimus. Sic placebat Toupio Em. ad Suid. p. 31. add. ad v. 1111. ERN. Σώσεις etiam Brunckius ex A. C. habentque etiam alii codd. Sed Rav. Ven. σώσῃς.

1179. δή τι] L. omittit δή. C. ἕννην, et sic semper habet. ERN. Δὴ etiam abest ab Elbing. Bav. Ven. et aliis codd.

1180. Edd. vett. τίς ἡμέρα. Rav. a pr. m. τῆς ἡμέρας.

1181. Ravennas μου.

1182. Vulgo ἀπολοῖντ' ἄρ' αὖθ' οἱ θέντες. Dawesius in Misc. crit. p. 266. diphthongum apud Atticos non elidi posse ratus, ἀπολοῖντ' emendandum censuit, unde sententia admodum inepta oritur. Brunckius magna sagacitate coniecit ab Aristophane scriptum ἀπολοῦσιν ἄρ' αὖθ' οἱ θέντες, quod illustrat v. 1258. Hanc lectionem, Reizio etiam probatam, hoc minus dubitavimus recipere, quod eam

μί' ἡμέρα γένοιτ' ἂν ἡμέραι δύο.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

οὐκ ἂν γένοιτο;

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

πῶς γάρ; εἰ μή πέρ γ' ἅμα
αὐτὴ γένοιτ' ἂν γραῦς τε καὶ νέα γυνή;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

καὶ μὴν νενόμισταί γ'.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

οὐ γάρ, οἶμαι, τὸν νόμον
ἴσασιν ὀρθῶς ὅ τι νοεῖ;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

νοεῖ δὲ τί;

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

ὁ Σόλων ὁ παλαιὸς ἦν φιλόδημος τὴν φύσιν.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

τουτὶ μὲν οὐδέν πω πρὸς ἕνην τε καὶ νέαν.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

ἐκεῖνος οὖν τὴν κλῆσιν εἰς δύ' ἡμέρας
ἔθηκεν, εἴς τε τὴν ἕνην καὶ τὴν νέαν,
ἵν' αἱ θέσεις γίγνοιντο τῇ νουμηνίᾳ.

---

confirmant liber Ravennas et Venetus, in quibus scriptum, ἀπολοῦσ' ἄρ' αὐτοὶ θέντες.

1185. Vulgo αὐτὴ γένοιτο γραῦς. Sed partem verae lectionis, αὐτὴ γένοιτ' ἂν γραῦς Ravennas, Venetus, aliique codd. servarunt.

1187. Ven. νοεῖ δὲ δή τί.

1188. Ven. ὁ Σόλων παλαιός.

1190. Rav. Ven. ἐς pro εἰς.

1191. ἔθηκεν] MS. ἔδωκεν, non male. Sic Latini *dare* actionem. ERN. Male vulgo, εἴς τε τὴν ἕνην τε καὶ νέαν. Rav. et Ven. εἴς γε τὴν ἕνην τε καὶ νέαν. Id scio defendi posse sic ut sit *et quidem*, sed in huiusmodi explicatione molesta est ista particula. Eam non dubitandum puto quin corrector aliquis posuerit, recte ille quidem duplici τε offensus. At id errori alii debetur. Nam hic eos dies distingui debuisse res ipsa prodit. Quare εἴς τε τὴν ἕνην καὶ τὴν νέαν scripsi. Nescio an huc trahi possit, quod in secundo Dobraei v. 1179. scriptum est καὶ τὴν νέαν. Certe id simili aberrationi oculorum tribui potest, ut quod versus 1189. in Mut. a. post versum 1192. est collocatus. Caeterum ἔδωκεν etiam Bar. 43. Dobraei quintus, Mut. c.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ
ἵνα δὴ τί τὴν ἕνην προςέθηκεν;
ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ
ἵν', ὦ μέλε,
παρόντες οἱ φεύγοντες ἡμέρᾳ μιᾷ
πρότερον, ἀπαλλάττοινθ' ἑκόντες· εἰ δὲ μή,
ἕωθεν ὑπανιῷντο τῇ νουμηνίᾳ.
ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ
πῶς οὐ δέχονται δῆτα τῇ νουμηνίᾳ
αἱ ἀρχαὶ τὰ πρυτανεῖ', ἀλλ' ἕνῃ τε καὶ νέᾳ;
ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ
ὅπερ οἱ προτένθαι γάρ δοκοῦσί μοι ποιεῖν·

1193. Versus 1193—1196. in Mut. b. positi post v. 1201.

1195. ἀπαλλάττοινθ' ἑκόντες] Est verbum proprium in tali re, cum quis per compositionem aut alio modo se expedit e controversia aliqua et molestia. ERN.

1197. Versus 1197—1201. Athenaeus IV. 21. p. 171. ubi de προτένθαις agit, e Nubibus prioribus affert. Sed Brunckius legendum censet ἐν δευτέραις Νεφέλαις. Dindorfius in diss. de fragm. Aristoph. p. 17. nihil fortasse aliud significare Athenaeum voluisse putat, quam se, quum illa scriberet, priorum Nubium exemplar versasse, alterum non inspexisse. De προτένθαις docta est adnotatio Brunckii, qui ex Athenaeo docere studet, προτένθας non gulosos hic significare, sed certum collegium, publica auctoritate constitutum, cuius officia ad sacra pertinuisse videantur. Atque eodem significatu hoc nomen positum videatur in Pherecratis et Philyllii versibus, quos Athenaeus affert. Sed tamen valde incerta est illa Brunckii coniectura, etsi Athenaeus προτένθας cum παρασίτοις componit, de quibus copiose disseruit lib. VI. p. 234. C. seq. Nam ipse Athenaeus qui dicti essent προτένθαι non satis videtur compertum habuisse. Si vera est eius opinio, officium eorum in gustandis carnibus, quae sacris epulis pararentur, constitisse putandum. Scholiastae non inepte censent eos dici, qui obsonia ante quam in forum afferantur coemant, quo ea dein maiore pretio venumdent. Propolas a Graecis accepto vocabulo Latine rectius, opinor, dixeris, quam cociones aut arulatores.

1198. Addidimus articulum. Antea legebatur ἀρχαί. Codex Athenaei αἱ ἀρχαί. Ven. τὴν ἕνην τε καὶ νέαν.

1199. Ravennas et Venetus ποεῖν, quod ex interpretatione natum videri possit. Tamen recipiendum duximus, tum codicum

ὅπως τάχιστα τὰ πρυτανεῖ' ὑφελοίατο,
διὰ τοῦτο προὐτένθευσαν ἡμέρᾳ μιᾷ.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

εὖ γ', ὦ κακοδαίμονες, τί κάθησθ' ἀβέλτεροι,
ἡμέτερα κέρδη τῶν σοφῶν, ὄντες λίθοι,
ἀριθμός, πρόβατ', ἄλλως, ἀμφορῆς νενησμένοι;

---

optimorum auctoritate, tum quod *ποιεῖν* ab imperitis librariis in hac sede facillime mutari potuit in *παθεῖν*.

1200. *ἵν' ὡς τάχιστα*] R. *ὅπως*, mox *ὑφέλοιτο*, vitiose. ERN. Brunckii B. ut vulgo, *ἵν' ὡς*, quod ipse probat. Caeteri quattuor cum Ravennate, Veneto, Bavaro, Harl. et ut videtur Barocc. 127. *ὅπως*, quod etiam scholiastes in quarto Regio habet. Idque recipiendum putavimus, etsi dubitari potest, praesertim quum in Dorvill. aliisque codd. ad *ἵν' ὡς* supra scriptum sit *ὅπως λίαν*. Quod scholiastes iste codicis Regii apud Brunckium dicit, *ἐποίησε δὲ τὴν σύνταξιν ἀσαφῆ τῷ προτάξαι τὴν κατασκευήν*, fallitur: nam si quid hic ambiguitatis est, non est in inversione membrorum, sed in eo quod *ὅπως* statim ante *τάχιστα* collocatum primo adspectu videri potest *quam* significare. At ita etiam alibi, ut in Ach. 754.

ὄκα μὲν ἐγὼ τηνῶθεν ἐμπορευόμαν,
'ἄνδρες πρόβουλοι ταῦτ' ἔπραττον τᾷ πόλει,
ὅπως τάχιστα καὶ κάκιστ' ἀπολοίμεθα.

1203. *ἡμέτερα κέρδη τῶν σοφῶν*] Hunc Atticismum pro *κέρδη ἡμῶν, τῶν σοφῶν*, bene illustrat Kusterus ad Plut. 33. ERN.

1204. *'Αριθμὸς* in secundo Mutinensi, Bar. 43. et quinto Dobraei, ut apud Suidam v. *ἀμφορεαφόρους*, omissum, sed in duobus illis Britannorum codd. postea adscriptum.

νενασμένοι] MS. Vat. C. Ib. Suid. *νενησμένοι*, eoque spectat et C. in quo est *νενοισμένοι*. Itaque facile quis hoc praeferat cum Kustero. De verbo *νέω*, unde hoc ducitur, v. Hemsterh. ad Lucian. I. 306. et Intt. ad Hesych. in *νένηται*. Sed et *νενασμένοι* bene Graecum est, quod servat cod. R. Hesych. *νενασμένος, ἐμπεπληγμένος*, quod Spanh. ad h.l. corrigebat *πεπληρωμένος*· non bene. Glossa cod. R. *ἐμπεπλησμένοι*· unde Hesychianum verbum corrigendum. At gl. cod. L. *ἐστερημένοι οἴνου, ἢ φρονήσεως*, quod quomodo in verbis sit, non intelligo, quamquam sensum commodum facit. *"Αλλως* Dukerus interpretatur *plane*, quam vim verbi nondum reperi. Intelligo *frustra*, *temere*. Ceterum per proverbium homines stupidi sic dicti videntur, nescio unde; aut foeneratores sic dicuntur, quia non magis fruuntur copiis, quam amphorae vino. ERN. *Νενησμένοι* quattuor codd. Brunckii, praeter B. in quo est *νενοισμένοι*, tum etiam Ravennas, Venetus, Elbing. aliique. Vide Suidam in *ἀμφορεαφόρους* et in *νενημένην*, ubi rectissime, *ἀμφορεῖς δὲ νενησμέ-*

ὥςτ' εἰς ἐμαυτὸν καὶ τὸν υἱὸν τουτονὶ
ἐπ' εὐτυχίαισιν ᾀστέον μοὐγκώμιον.
μάκαρ ὦ Στρεψίαδες,
αὐτός τ' ἔφυς ὡς σοφός,
χοῖον τὸν υἱὸν τρέφεις;
φήσουσι δή μ' οἱ φίλοι
χοἰ δημόται ζηλοῦντες, ἡ-

νοι, inquit, ἀντὶ τοῦ ματαίως κέραμοι σεσωρευμένοι. νῆσαι γὰρ τὸ σωρεῦσαι. Neque enim de amphoris temere, i. e. nimis, impletis hic agitur, sed de congestis coacervatisque amphoris. Numerus, inquit, estis, pecudes, et inutilis supellex. Eadem sententia in illo Horatii I. Epist. 2, 27.

nos numerus sumus, et fruges consumere nati.

De verbo νενησμένος videndus Buttmannus in gramm. Gr. vol. II. p. 192. Suidam patet ἄλλως cum νενησμένοι coniunxisse, quod placuit recentioribus editoribus. In antiquis edd. post ἄλλως interpungunt, quod ita revocavi, ut cum ἀριθμὸς coniungeretur: nam exempla talis numeri sunt pecudes et amphora. Eurip. Troad. 476.

οὐκ ἀριθμὸν ἄλλως, ἀλλ' ὑπερτάτους Φρυγῶν.

Conf. Elmsl. ad Heracl. 997.

1206. *Μοὐγκώμιον* est μοὶ ἐγκώμιον. Vide Elmsl. ad Med. 801.

1207. Insolentem vocativum ut lusum comicum notarunt praeter scholiastam Elmsleius ad Med. 389. et Buttmannus in gramm. Gr. vol. I. p. 210. Nimirum Strepsiades plenus gaudii quum encomium in se filiumque canere suscipit, poetarum more insuetis nominum formis uti conatur. Versus est Ionicus a minore dimeter catalecticus. Sequuntur eum tres versus ex iambo et Cretico compositi, interiectoque iambico dimetro, alius illius generis et clausula Cretica. Tum Euripideus quattuordecim syllabarum, de quo genere supra dictum ad v. 1116.

1208. αὐτός τ' ἔφυς ὡς σοφός] D. interpungit post ἔφυς, et in seq. intelligit εἶ. Sed ἔφυς non tam commode refertur ad μάκαρ, quam ad σοφός. ERN. Etiam Brunckius post ἔφυς interpungit, et hoc refert ad μάκαρ, male, etiam Reizio iudice.

1209. ἐκτρέφεις] L. la. τρέφεις, male. ERN. Immo bene, ut hic versus par sit ei qui praecedit, et ei, qui sequitur. Atque ita etiam Ravennas. Scholiastes metricus, ut vulgo legitur, ἐκτρέφεις habuit.

1212. ζηλοῦντες] Dukerus interpretatur *beatum praedicantes,* quo sensu verbum ζηλοῦν dici saepe. Sic dici posse non negem: sed hoc non opus erat dici, cum ante sit μάκαρ. Malim: *non sine invidia.* ERN.

νίκ' ἂν σὺ νικᾷς λέγων
τὰς δίκας.
ἀλλ' εἰςάγων σε βούλομαι πρῶτον ἑστιᾶσαι.

ΠΑΣΙΑΣ Ο ΔΑΝΕΙΣΤΗΣ. ΜΑΡΤΥΣ. ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ. ΧΟΡΟΣ.

ΠΑΣΙΑΣ

εἶτ' ἄνδρα τῶν αὑτοῦ τι χρὴ προϊέναι;
οὐδέποτέ γ'· ἀλλὰ κρεῖττον εὐθὺς ἦν τότε
ἀπερυθριᾶσαι μᾶλλον ἢ σχεῖν πράγματα,
ὅτε τῶν ἐμαυτοῦ γ' ἕνεκα νυνὶ χρημάτων
ἕλκω σε κλητεύσοντα, καὶ γενήσομαι

1214. Ravennas et Venetus, Dobraei quintus, et, in quo *εἰς ἀγὼν* scriptum, tertius pro vulgato *εἰςαγαγὼν* praebent *εἰςάγων*, quod cum Elmsleio ad Ach. 1210. et in censura Hecubae p. 272. ed. Lips. praeferendum duxi, quoniam in hoc genere metri non video anapaestum ab Aristophane admissum esse. Quamquam non est ea in illo pede offensio, ut prorsus reiiciendus videatur. Sed non negligenda differentia, quae est inter praesentis et aoristi participium. Nam *εἰςάγων* si dicit, prope idem est ac si diceret *εἰςάγειν σε βούλομαι καὶ ἑστιᾶσαι.*

1215. De *προϊέναι* v. schol. ERN. Eius ea vera est interpretatio, ut sit *permittere aliquid alicui*, i. e. *credere.* Nam *profundere* est *προΐεσθαι.* Herodotus de Arione I. 24. *τὸν δὲ, συνέντα τοῦτο, λίσσεσθαι, χρήματα μὲν προϊέντα σφι, ψυχὴν δὲ παραιτεόμενον.*

1216. Vulgo *ἦν εὐθὺς τότε.* Praetuli ordinem verborum, qui est in Rav. Ven. primo Mutinensi, et uno Dobraei. Suidas in *ἀπερυθριᾶσαι* habet *ἦν τότ' εὐθύς.*

1217. Vulgo male *ἀπερυθριάσαι γε.* Veram scripturam aliquot, in iisque optimi libri praebuerunt. Pro *μᾶλλον ἢ σχεῖν πράγματα* apud Suidam v. *ἀπερυθριᾶσαι* interpretis verba posita sunt, *ἢ χρήσαντά με σχεῖν πράγματα.*

1218. Vulgo *ὅτε τῶν ἐμαυτοῦ γ' οὕνεκα νυνὶ χρημάτων.* Nos Brunckium sequuti sumus, qui ex A. C. quibus Rav. et alii codd. accedunt, *ἕνεκα* edidit. Eadem lectionis varietas v. 123.

1219. Etsi *κλητὴρ* et *κλητεύειν* proprie de eo dicitur, qui in ius vocat, tamen translatum est usu etiam ad eos, quos antestatur is, qui aliquem reum agit, quoniam hi quoque quasi adiutores sunt in

ἐχθρὸς ἔτι πρὸς τούτοισιν ἀνδρὶ δημότῃ.
ἀτὰρ οὐδέποτέ γε τὴν πατρίδα καταισχυνῶ
ζῶν, ἀλλὰ καλοῦμαι Στρεψιάδην

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

τίς οὑτοσί;

ΠΑΣΙΑΣ

ἐς τὴν ἕνην τε καὶ νέαν.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

μαρτύρομαι,
ὅτι ἐς δύ' εἶπεν ἡμέρας. τοῦ χρήματος;

ΠΑΣΙΑΣ

τῶν δώδεκα μνῶν, ἃς ἔλαβες, ὠνούμενος
τὸν ψαρὸν ἵππον.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ἵππον; οὐκ ἀκούετε;
ὃν πάντες ὑμεῖς ἴστε μισοῦνθ' ἱππικήν.

ΠΑΣΙΑΣ

καὶ νὴ Δί' ἀποδώσειν γ' ἐπώμνυς τοὺς θεούς.

---

ius vocationis. Satis est de his verbis memorasse, quae dixit Ruhnkenius ad Timaei lexicon p. 160.

1221. Pertinet ad notandam impudentiam et acerbitatem Atheniensium in re pecuniaria. ERN. Immo litigandi cupiditatem poeta notat. Γὲ omissum in Rav. Ven.

1222. καλοῦμαι] Attice pro καλέσομαι. v. ad v. 999. et Eustath. ad Iliad. α. p. 44. et γ. p. 398. ERN. Non opus videtur, ut καλοῦμαι hic pro futuro potius accipiatur, quam pro praesente.

1226. Male quidam scholiastae ψαρὸν celerem intelligi voluerunt. Neque enim dubium est, quin coloris certum genus designetur, sive id est cinereum aut murinum, cuiusmodi sunt equi, qui ab nostratibus *mohrenköpfe* et *mausfalben*, diversi illi quidem inter se, vocantur, sive album nigris punctis distinctum, qui nobis dicuntur *stichelschimmel*. Multa de illa voce attulit H. Stephanus in Thesauro.

1227. R. Ib. ὃν πάντες, quod mihi arridet. Refertur ad σιωπώμενον, me dicit ille sumsisse pecuniam ad emendum equum; quem sciunt omnes etc. Favent etiam L. C. qui omittunt με. ERN. Vulgo legitur, οὐ πάντες ὑμεῖς ἴστε μισοῦνθ' ἱππικήν; *Μὲ* post ἴστε Kusteri editio addit. Quattuor Regii cum Ravennate, Veneto, aliisque libris plerisque veram lectionem habent, ὃν πάντες ὑμεῖς ἴστε μισοῦνθ' ἱππικήν. Eamque cum Brunckio recepimus. Brunckii codex vulgatum habet, sed adnotato γρ. ὅν. In sexto Dobraei ὃν in οὐ mutatum. Sic Mut. a.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

μὰ Δί' οὐδέποτ'· οὐ γάρ πω τότ' ἐξηπίστατο
Φειδιππίδης μοι τὸν ἀκατάβλητον λόγον.

ΠΑΣΙΑΣ

νῦν δὲ διὰ τοῦτ' ἔξαρνος εἶναι διανοεῖ;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

τί γὰρ ἄλλ' ἂν ἀπολαύσαιμι τοῦ μαθήματος;

ΠΑΣΙΑΣ

καὶ ταῦτ' ἐθελήσεις ἀπομόσαι μοι τοὺς θεούς,

1229. τὸ χρέος] Χρέος pro monosyllabo: sed τὸ χρέος omittunt L. Ia. Contra post μὰ Ib. et schol. ut infra est v. 1240. C. addunt τόν, quo servaretur versus, etsi τὸ χρέος omitteretur. R. post Δί' addit οὐ δῆτ'. Apparet lectionem versus fluctuare. Credo τὸ χρέος per glossam additum venisse in textum. ERN. Verissime iudicavit Ernestius. Vulgo legitur:

καὶ νὴ Δί' ἀποδώσειν γ' ἐπώμνυς τοὺς θεοὺς
τὸ χρέος. ΣΤΡ. μὰ Δί' οὐ γάρ πω τότ' ἐξηπίστατο.

Atque ita etiam liber Ravennas, nisi quod in eo, ut in Veneto, πώποτ' est. Verba τὸ χρέος omissa sunt in codd. B. et Brunckiano et Bavarico, aliisque plurimis, in quibus deinde scriptum, μὰ τὸν Δί', οὐ γάρ πω. Quod utrumque recte sequutus est Brunckius. Τὸ χρέος abest etiam ab Elbingensi. A. C. quartus Regius, τὸ χρέος. μὰ Δί' οὐ δῆτ', οὐ γάρ πω τότ' ἐξηπίστατο, nisi quod in quarto verba τὸ χρέος, in fine superioris versus adiecta, postea erasa sunt, manentibus tamen vestigiis. Illud μὰ Δί' οὐ δῆτ' οὐ γὰρ etiam Dobraei primus et tertius habent. Secundus νὴ τὸν Δί'. οὐ γάρ, cum glossa μά. Correctoris videtur νὴ esse, si quidem scholiastes ναὶ ante μὰ intelligendam censuit, quod patet fieri non posse. Haerebat ille in eo, quod Strepsiadem putabat concedere debere, se iurasse. Et profecto nihil esset, quod quis reprehenderet, si νὴ τὸν Δία legeretur. Durius est enim, si μὰ τὸν Δία dicit, repetere οὐκ ἀποδώσω. Et tamen id voluisse poetam, caeterorum consensus librorum in μὰ docet. Sed debebat id paullo significantius indicare. Id vero factum in scriptura codicis Dorvilliani, quam propterea recipiendam duxi. Non enim Ravennatis et Veneti libri, quos non liberos esse a criticorum veterum correctionibus aliquot exemplis cognoscitur, tanta debet auctoritas esse, ut eos etiam in deterioribus sequamur.

1230. τὸν ἀκατάβλητον λόγον] V. Suid. in h. v. ERN.

1232. ἄλλ' ἂν] L. ἄλλο γ' non male. ERN. Ravennas et Venetus τί γὰρ ἄν. Scilicet quidam codd. τί γὰρ ἂν ἄλλο γ'.

1233. ἐθελήσεις] Ἐθέλεις C. Ib. Sane praesens aptius est. Sed

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ποίους θεούς;

ΠΑΣΙΑΣ

τὸν Δία, τὸν Ἑρμῆν, τον Ποσειδῶ.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

νὴ Δία,
κᾆν προςκαταθείην γ' ὥςτ' ὀμόσαι τριώβολον.

ΠΑΣΙΑΣ

ἀπόλοιο τοίνυν ἕνεκ' ἀναιδείας ἔτι.

---

versus labat. ERN. Ἐθέλεις, et, ut in edd. Basil. et Genev. est, ἀπομόσαιμι habet Elbing. et sextus Dobraei. Baroccianus 127. κἀπομόσαι. Cod. Ven. καὶ ταῦτα θελήσεις.

Vulgo, ἵν' ἂν κελεύσω 'γώ σε. ΣΤ. τοὺς ποίους θεούς. Notatus est hic locus ab iis, qui de particulis linguae Graecae scripserunt, quod ἵνα insolenter ad tempus referatur. Id quidem defendi quodammodo posset Homeri exemplo Od. ζ 27.

σοὶ δὲ γάμος σχεδόν ἐστιν, ἵνα χρὴ καλὰ μὲν αὐτὴν
ἕννυσθαι, τὰ δὲ τοῖσι παρασχεῖν, οἵ κέ σ' ἄγωνται.

aliisque de quibus dictum in iis quae de illa particula scripsi lib. II. c. 12. Sed quum tota illa sententia iners sit atque inutilis, quumque liber Ravennas verba ista ἵν' ἂν κελεύσω 'γώ σε omittat, idem liber autem et Venetus et Ernestii Regius et unus vel duo Porsoni τοὺς non habeant, posui, ut iam olim in praefatione conieci, monometrum, cuius hic egregia virtus est, similiter ut illius in Ach. 407.

ἀλλ' οὐ σχολή.

1235. Ἑρμῆν] Sic R. et Caeteri. Bas. ed. Ἑρμῆ. Ib. Ποσειδῶνα. ERN. De tribus diis, per quos iurare Solon iusserat, vide Spanhemium ad h. l. Nominabantur fere, qui cuique negotio praeesse crederentur. Hic quidem Iuppiter, ut supremus deorum; Mercurius, ut in re pecuniaria; Neptunus, quia emptus est equus.

1236. κᾆν προςκαταθείην γ'] L. Ia. προκαταθείην, ubi gloss. καταβάλλοιμι, et scholion προκαταβάλλοιμι νόμισμα. Vulgatum verum est: *sacramento, quod deponendum est, addiderim tres obolos, ut liceat iurare.* Sic v. 1257. προςαποβαλεῖς. ERN. Ravennas, καὶ προςκαταθείην, ὥςτ' ὀμόσαι, τριώβολον. Sic etiam Venetus, nisi quod hic προκαταθείην, et MS. Suidae in προςκαταθείην apud Porsonum, sed addentes hi γ', quod omissum apud Thomam M. in v. ibi ex codd. Leid. restitutum est. Et Thomas quidem propter ipsum illud κᾆν hunc locum affert. Ego quidem καὶ προςκαταθείην γε non prorsus damnem, quod est *addiderim*, quum addito ἂν significetur *adderem*. Vide de particula ἂν III. 5.

1237. ἕνεκ'] L. οὕνεκ' male. Ceterum ἔτι redundat Attice,

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ἁλσὶν διασμηχθεὶς ὄναιτ' ἂν οὑτοσί.

ΜΑΡΤΥΣ

οἴμ', ὡς καταγελᾷς.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ἓξ χοᾶς χωρήσεται.

ΠΑΣΙΑΣ

οὔ τοι, μὰ τὸν Δία τὸν μέγαν καὶ τοὺς θεούς,
ἐμοῦ καταπροίξει.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

θαυμασίως ἥσθην θεοῖς,

---

ut saepe alibi. v. Thom. Mag. in h. v. Non bene expressit in versione Bergler. Sed et alios in hac particula lapsos vidi. ERN. At ipse lapsus est, praeterquam quod Bergleri *adhuc* reprehendit. Nam nec Thomas dixit redundare ἔτι, neque aut omnino quidquam, si recte consideretur, aut alibi redundat, aut hoc loco. *Pereas*, inquit Pasias, *etiam propter impudentiam*, i. e. non solum quia debitum non reddis, sed praeter hoc etiam quod deos impudentissime contemnis.

1238. Quintus Dobraei διασμιχθεις et MS. Suidae in v. ἁλσὶ apud Porsonum, nisi is διαμιχθεὶς habet. Videndus de hoc verbo Lobeckius ad Phryn. p. 253. seq.

1239. Verba οἴμ' ὡς καταγελᾷς, quae Pasiae tribuebantur, testi dedi, ad quem conversus Strepsiades et praecedentem versum dixit, et dicit quae hoc in versu sequuntur. Nam illud ὡς, quod *quam* significat, non est hominis rideri se aegre ferentis, sed sententiam de eo quod agi videt dicentis. Pasias si loqueretur, diceret οἴμοι καταγελᾷς, ut est in Pace v. 1245. Similiter Acharn. 1083.

οἴμοι κακοδαίμων· καταγελᾷς ἤδη σύ μου.

et Vesp. 1406.

καὶ καταγελᾷς μου;

et Av. 1407.

καταγελᾷς μου, δῆλος εἶ.

Confirmat emendationem nostram scriptura quamvis falsa in margine ed. Caninii, καταγελᾷ, sive qui ita scripsit tertiae personae, sive secundae passivae hoc verbum esse voluit.

ἓξ χοᾶς χωρήσεται] Sic scripsi pro vulgato χοὰς e MSS. nostris, praeter I. omnibus, schol. et Suid. qui diserte ait χοᾶς scribendum esse de metro, et tamen ibi editur χοάς. ERN. Suidas: Χοας. ὅτε ἐπὶ μέτρου τίθεται, περισπᾶσαι.

θαυμασίως] R. addit γ' bene, ut opinor. ERN. Id recepe-

καὶ Ζεὺς γελοῖος ὀμνύμενος τοῖς εἰδόσιν.

ΠΑΣΙΑΣ

ἦ μὴν σὺ τούτων τῷ χρόνῳ δώσεις δίκην.
ἀλλ' εἴτ' ἀποδώσεις δὴ τὰ χρήματ', εἴτε μή,
ἀπόπεμψον ἀποκρινάμενος.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ἔχε νῦν ἥσυχος.
ἐγὼ γὰρ αὐτίκ' ἀποκρινοῦμαί σοι σαφῶς.

ΠΑΣΙΑΣ

τί σοι δοκεῖ δράσειν;

ΜΑΡΤΥΣ

ἀποδώσειν μοι δοκεῖ.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ποῦ 'σθ' οὗτος ἁπαιτῶν με τἀργύριον; λέγε,
τουτὶ τί ἔστι;

ΠΑΣΙΑΣ

τοῦθ' ὅ τι ἔστι; κάρδοπος.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ἔπειτ' ἀπαιτεῖς τἀργύριον τοιοῦτος ὤν;

---

ram olim, sequutusque est Reisigius. Sed quum codicum qui postea collati sunt nullus accesserit, nunc vulgatum restitui.

1242. R. et Venetus γελοίως. Τοῖς εἰδόσιν usitata in hoc genere formula, fortasse non sine respectu ad Euripidem posita, a quo eam usurpatam esse et per se veri simile est, et fidem facit imitatio in Rheso v. 973. σεμνὸς τοῖσιν εἰδόσιν θεός.

1244. εἴτ' ἀποδώσεις] R. εἴτε γ', male. Nam perit versus. ERN. B. ut vulgo, ἀλλ' εἴτ' ἀποδώσεις μοι τὰ χρήματ', εἴτε μή. A. C. D. Ravennas, Dorvillianus, ἀλλ' εἴτε γ' ἀποδώσεις τὰ χρήματ' εἴτε μή. Idque reposuit Brunckius. Venetus et quidam alii libri ἀλλ' εἴτ' ἀποδώσεις, omisso μοι. Primus et tertius Dobraei recte δὴ pro μοι.

1245. Cod. Dorv. ἡσύχως, sed in margine γρ. ἥσυχος.

1247. Vulgo ἀποδώσειν σοι δοκεῖ, quod habent etiam Venetus aliique codd. Sed Harleianus σοι δοκεῖ μοι. In aliis glossa ἐμοί. Baroccianus 127. ἀποδώσειν δοκεῖ, ad primum verbum supra scripto σοι, ad secundum μοι. Quod Brunckius reposuit, ἀποδώσειν μοι δοκεῖ, confirmavit cod. Ravennas. Secesserant paullum a foribus Pasias et testis, colloquuturi dum introiit Strepsiades.

οὐκ ἂν ἀποδοίην οὐδ' ἂν ὀβολὸν οὐδενί,
ὅςτις καλέσειε κάρδοπον τὴν καρδόπην.

ΠΑΣΙΑΣ

οὐκ ἄρ' ἀποδώσεις;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

οὐχ, ὅσον γέ μ' εἰδέναι.
οὔκουν ἀνύσας τι θᾶττον ἀπολιταργιεῖς
ἀπὸ τῆς θύρας;

ΠΑΣΙΑΣ

ἄπειμι. καὶ τοῦτ' ἴσθ', ὅτι
θήσω πρυτανεῖ', ἢ μηκέτι ζῴην ἐγώ.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

καὶ προςαπολεῖς ἄρ' αὐτὰ πρὸς ταῖς δώδεκα.
καίτοι σε τοῦτό γ' οὐχὶ βούλομαι παθεῖν,
ὅτιὴ 'κάλεσας εὐηθικῶς τὴν κάρδοπον.

ΑΜΥΝΙΑΣ ΔΑΝΕΙΣΤΗΣ. ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ. ΜΑΡΤΥΣ. ΧΟΡΟΣ.

ΑΜΥΝΙΑΣ

'Ιώ μοί μοι.

1252. οὐδ' ὀβολὸν ἂν] R. L. C. Ib. οὐδ' ἂν ὀβολόν. ERN. C. ut vulgo, οὐδ' ὀβολὸν ἂν οὐδενί. Plerique et optimi codd. οὐδ' ἂν ὀβολὸν οὐδενί, quod Brunckius recte sequutus est, ut v. 119. qui plane eadem verba continet. Ἂν abest a Bavar.

1255. ἀπὸ τῆς θύρας] Abest R. Mox pro καί τοί γ' ἴσθ' ὅτι Vat. R. καὶ τοῦτ' ἴσθ' ὅτι, quod prorsus cum Kustero probo. Pro ἴσθ' C. Ib. habent οἶσθ'. ERN. B. ut vulgo, καί τοι γ' ἴσθ' ὅτι. Brunckius recte e tribus codd. edidit καὶ τοῦτ' ἴσθ' ὅτι, idque etiam Bavar. habent et Ravennas, et Venetus, et quartus Regius initio, sed mutatum deinde in vulgatam lectionem, quam habet etiam Suidas v. παρακαταβολή, ubi peius etiam scriptum καίτοι γ' οἶσθ' ὅτι θήσω σοι πρυτανεῖ', idque ipsum in nonnullis est Aristophanis libris. Et καίτοιγ' in Dobraei omnibus, sed in margine quinti, γρ. καὶ τοῦτ'. Porsoni placito, καίτοι γε Atticis non licuisse nisi interposita alia voce dicere, quo Elmsleius ad Ach. 611. ad minime bonam coniecturam, κάτ' εὖ ἴσθ' ὅτι, adductus est, iure contradixit Reisigius in Coni. p. 296.

1258. Vulgo προςαποβαλεῖς. Ravennas et primus tertiusque

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ἔα,
τίς οὑτοσί ποτ' ἔσθ' ὁ θρηνῶν; οὔ τί που
τῶν Καρκίνου τις δαιμόνων ἐφθέγξατο;

Dobraei καὶ προςαποβαλεῖς. Hoc quid sit monstrat Venetus, cuius scripturam recepi.

1261. In Bav. huic versui adscriptum, ἔρχεται ἕτερος δανειστὴς Ἀμυνίας.

ἔα] In edd. semel modo est ἔα, in MSS. C. Ib. quater. Scholiastes ait esse κῶλον ἰαμβικὸν μονόμετρον. Ergo edidi ἔα, ἔα. ERN. Vulgo extra versum semel tantum ἔα, quod etiam Brunckius retinuit, qui quidem peius etiam ter scriptum in suo codice ἔα probat. Ita etiam in Bavar. et Elbing. in quo Strepsiadis persona sequenti demum versui praefixa. Ἔα si extra versum est, aut semel tantum scribi debebat, et Strepsiadi tribui, aut, si repeteretur, bis scribendum erat, ut versus esset iambicus monometer, quemadmodum in Pace v. 60. Tum etiam quidquid hoc esset exclamationis, tribuendum erat Amyniae, ut in cod. Elbing. Nam Strepsiadi quidem non convenire videtur tam longa exclamatio. Tamen ne Amyniae quidem recte assignari potest, quum haec vox magis sit admirantium aliquid, quam conquerentium. Quae quum ita sint, non dubitandum, quin semel tantum scribendum sit ἔα. Illud vero ambigi potest, utrum extra trimetrum sit, an ipsius trimetri pars, ut in Thesm. 1105. et Av. 1495. Codd. Rav. et Ven. ἔα. τίς ἔσθ' ὁ θρηνῶν οὗτος; οὔτι που. Vnde in priore editione mutato ordine verborum dedi,

ἔα· τίς οὗτος ἔσθ' ὁ θρηνῶν; οὔ τί που.

Nunc servandam duxi caeterorum scripturam librorum, non quod veriorem putarem, sed ne non satis certa ratione mutarem verborum ordinem eum, quem duo illi codices tamen fortasse iustum exhibent. Suspicor enim ita poetam dedisse:

ἔα,
τίς ἔσθ' ὁ θρηνῶν οὗτος ἄλλος; οὔ τί που.

ἢ τί που τῶν Καρκίνου] R. οὔτι που. Ib. πο. ERN. Οὔ τι που Brunckius ex A. C. Idque etiam Ravennas habet et Venetus. Vulgo ἢ τί που.

1263. De Carcino tragico, quem acriter perstrinxit poeta in Pace v. 781. seqq. copiose disputavit Meinekius in Comment. Miscell. fasc. I. p. 23. seqq. Scholiastae, quum in Pace filios eius, homines brevis staturae, invenustosque saltatores, tum etiam μηχανοδίφας dici viderent, ad hos transtulerunt δαίμονας, quos memorat poeta. Si quid in his veri est, sic intelligendum erit, ut simul quos in tragoediis suis Carcinus fecerit flebiles et lacrimosos daemones, et qui eos daemones agebant filios Carcini notare Aristophanes voluerit.

ΑΜΥΝΙΑΣ

τί δ' ὅστις εἰμὶ τοῦτο βούλεσθ' εἰδέναι;
ἀνὴρ κακοδαίμων.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

κατὰ σεαυτόν νυν τρέπου.

ΑΜΥΝΙΑΣ

ὦ σκληρὲ δαῖμον, ὦ τύχαι θραυσάντυγες
ἵππων ἐμῶν· ὦ Παλλάς, ὥς μ' ἀπώλεσας.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

τί δὲ Τληπόλεμός σε πώποτ' εἴργασται κακόν;

ΑΜΥΝΙΑΣ

μὴ σκῶπτέ μ', ὦ 'τάν, ἀλλά μοι τὰ χρήματα
τὸν υἱὸν ἀποδοῦναι κέλευσον, ἅλαβεν.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

τὰ ποῖα ταῦτα χρήμαθ';

Quod hic de Carcino praedicat, narrabatur etiam de filio illius Xenocle, patris fortasse exemplum imitato. Scholiastes ad Pac. 792. *Ξενοκλῆς γὰρ ὁ Καρκίνου δοκεῖ μηχανὰς καὶ τερατείας εἰςάγειν ἐν τοῖς δράμασι. Πλάτων Σοφισταῖς·*

Ξενοκλῆς ὁ δωδεκαμήχανος,
ὁ Καρκίνου παῖς τοῦ θαλαττίου.

1264. *τί δ'*] R. a. m. pr. Ib. *τίς δ'*. ERN. Sic multi codd. Non debebat a Brunckio *τί δ'* per interrogationis signum a sequentibus separari.

1265. *κατὰ σεαυτὸν νῦν τρέπου*] R. et alii codd. *σεαυτοῦ*.

1268. *τί δαί*] L. la. *δέ*, male. ERN.

Vulgo *τί δαί σε Τληπόλεμός ποτ' εἴργασται κακόν*. Codd. non pauci *τί δέ σε*. In Mut. secundo omissum *ποτ'*. Pro ea voce sextus Dobraei *τοῦτ'*. Primus *τί δὲ Τληπόλεμός σε*. Venetus, *τί δέ σε Τληπόλεμος πώποτ'*. Plane emendatam scripturam praebuit Dobraei tertius, quam recepimus. Scholiastas manifestum est hic hariolari. Quantum ex ipsius poetae verbis colligi potest, duo illi Amyniae versus ex aliqua sumpti sunt tragoedia, in qua ita clamitabat aliquis, cui in certamine curuli currus per Tlepolemi vel dolosam vel inconsideratam aurigationem esset confractus.

1269. De varia ratione scribendi hoc nomen *ὦ 'τάν* disseruit Reisigius in Coni. p. 217. Adde scholia in Dionys. Thrac. p. 949. praecipue autem in iisdem Bekkeri Anecdotis disputationem Apollonii p. 569. seq.

1270. Qui sequitur in libris versus, eum cur post v. 1272. collocaverim, ibi dicetur.

ΑΜΥΝΙΑΣ

ἀδανείσατο.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

κακῶς ἄῤ ὄντως εἶχες, ὥς γ' ἐμοὶ δοκεῖς.

ΑΜΥΝΙΑΣ

ἄλλως γε μέντοι καὶ κακῶς πέπραγά τι.

1272. ὄντως εἶχες] Inverso ordine R. ERN. Secundus Dobraei ἄῤ ex emendatione. Antea fortasse γάρ. Pro ὄντως duae edd. Venetae ὄντων. Cod. Dorvill. οὕτως, sic: nec malum οὕτως, quod est, *sic*, *si filio meo pecuniam credidisti*. Tum γέ μοι Ven. Mut. primus. Iuntina a. 1515. δ' ἐμοί, quasi aliquid excidisset. In fine quartus Dobraei δοκεῖ.

1273. Hic versus vulgo post v. 1270. legebatur, scriptus hoc modo, ἄλλως τε μέντοι καὶ κακῶς πεπραγότι. Omissus fuerat in quinto Dobraei, sed repositus est illo loco a prima, ut suspicatur Dobraeus, manu. Plane abest in Leid. et Ia. Tertius Dobraei omittit καί; idem et primus et quintus et Harleianus et, ut videtur, Barocc. 127. tum Ravennas et Venetus, ἄλλως γε μέντοι. Denique primus Dobraei primo καλῶς, sed λ statim mutato in κ. Quod ad sententiam attinet, verbis ἀλλά μοι τὰ χρήματα τὸν υἱὸν ἀποδοῦναι κέλευσον ἅλαβεν recte iunguntur haec, ἄλλως τε καὶ κακῶς πεπραγότι. Sed quid ea in formula μέντοι? cui particulae si locus est, ratio huius locutionis, de qua dictum ad Viger. p. 780. sic collocari verba postulat, ἄλλως τε καὶ μέντοι κακῶς πεπραγότι. Quamquam, si isto loco hunc versum posuisset Aristophanes, scripturum fuisse crediderim, ἄλλως τε καί τι καὶ κακῶς πεπραγότι. Quod autem optimi codices consensu habent, ἄλλως γε μέντοι, in illa sententiarum coniunctione plane non potest ferri. Nam et inceptivae istae particulae sunt et adversativae, ut sic demum admitti potuissent, si aliud praegressum esset participium, oppositum illi κακῶς πεπραγότι. Accedit quod etiam scholiastes aut non legisse hunc versum, aut legisse alio loco videtur: nam quod ad verba v. 1272. κακῶς ἄῤ ὄντως εἶχες adnotavit, διὰ τὸ ἄνω εἰρηκέναι, ἰώ μοί μοι, καί, ἀνὴρ κακοδαίμων, inutile erat, si Amynias modo illud κακῶς πεπραγότι inculcasset. Quod si quis vim usumque particularum γε μέντοι, codicum qui eas tuentur auctoritatem, omissionem versus in aliquot libris, denique ordinem cohaerentiamque sententiarum, hiantem inter v. 1272. et 1274. consideraverit, facile, spero, haec omnia eo ducere intelliget, ut versum, quum in perantiquo aliquo libro omissus atque in margine adscriptus esset, ab aliis librariorum, qui fabulam ex eo codice describerent, neglectum, ab aliis loco alieno insertum pravaque mutatione facta loco illi adaptatum credere debeamus. Itaque eum suo loco restitui, dedique πέπραγά τι.

ἵππους ἐλαύνων ἐξέπεσον, νὴ τοὺς θεούς.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

τί δῆτα ληρεῖς, ὥςπερ ἀπ' ὄνου καταπεσών;

ΑΜΥΝΙΑΣ

ληρῶ, τὰ χρήματ' ἀπολαβεῖν εἰ βούλομαι;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

οὐκ ἔσθ' ὅπως σύ γ' αὖθις ὑγιαίνοις.

1274. Vulgo ἵππους γ' ἐλαύνων. Recte omittunt γ' Rav. Ven. et margo ed. Canin. Quod scholiastes dicit, καὶ τοῦτο ἐκ παρῳδίας, si verum est, ad prima tantum huius versus verba spectat, quae fortasse cum tragici illius cuius superiora sunt verbis ita cohaerebant, ὦ Παλλάς, ὥς μ' ἀπώλεσας ἵππους ἐλαύνοντα. Illud recte scholiastes: ἅμα δὲ καὶ αὐτὸς ἱπποτροφῶν ἐδυςπράγησεν. Nam quod dicit Amynias, ἐξέπεσον, intelligi vult τῶν χρημάτων: sed Strepsiades ut propriȩ dictum accipit.

1275. Quem hic iocum interpretes invenire sibi videntur in ambiguitate verborum ἀπ' ὄνου καταπεσεῖν, quae etiam ἀπὸ νοῦ καταπεσεῖν significare possint, de eo ego quidem longe aliter sentio. Nam etsi iam scholiastes et Suidas v. ἀπ' ὄνου et ληρεῖς hanc ambiguitatem commemorant, tamen a proverbio ea aliena est, praesertim quum etiam absque isto lusu litterarum eadem huius proverbii sententia sit, quae distracto vocabulo ὄνου nascitur. Itaque neque Aristophanem in hoc proverbio lusisse credibile est, nec Platonem, cuius locus in III. de Legg. p. 701. C. quem scholiastes et Suidas attulerunt, recte nunc ita legitur: δεῖν φαίνεται ἔμοιγε, οἷόν περ ἵππον, τὸν λόγον ἑκάστοτε ἀναλαμβάνειν, καὶ μή, καθάπερ ἀχάλινον κεκτημένον τὸ στόμα, βίᾳ ὑπὸ τοῦ λόγου φερόμενον, κατὰ τὴν παροιμίαν, ἀπό τινος ὄνου πεσεῖν.

1276. Αὐτὸς redundat, ut alibi. Pro ὑγιαίνεις MS. L. male ὑγιαίνοις. ERN. Ὑγιαίνοις etiam Barocc. 127. Dobraei tertius, Mut. b. Vulgo, οὐκ ἔσθ' ὅπως σύ γ' αὐτὸς ὑγιαίνεις. Artificium illud, quo Ernestius ad defendendum αὐτὸς utitur, ex eo genere est, quo nihil non possis defendere. Aperte, ut vulgo legitur, haec eius oratio est, qui vicissim insaniam exprobrat ei, a quo ipse hoc nomine notatus erat. Quare si recte se haberet illa scriptura, versus hic mutatis personis ante praecedentem versum poni deberet, ut τί δῆτα ληρεῖς dicenti Strepsiadi responderet Amynias, οὐκ ἔσθ' ὅπως σύ γ' αὐτὸς ὑγιαίνεις, et, ubi Strepsiades quaesivisset τί δαί; tum demum diceret, ληρῶ, τὰ χρήματ' ἀπολαβεῖν εἰ βούλομαι; Sed hoc non est veri similȩ, tum quia Amyniam potius ληρεῖς αὐτός, quam οὐχ ὑγιαίνεις dicere oporteret, tum quia illud οὐχ ὑγιαίνεις Strepsiadi magis quam Amyniae convenit, tum denique etiam quia in vulgato ordine versuum aptissime statim ad ληρεῖς respondetur λη-

ΑΜΥΝΙΑΣ

τί δαί;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

τὸν ἐγκέφαλον ὥςπερ σεσεῖσθαί μοι δοκεῖς.

ΑΜΥΝΙΑΣ

σὺ δέ, νὴ τὸν Ἑρμῆν, προςκεκλῆσθαί μοι δοκεῖς,
εἰ μὴ 'ποδώσεις τἀργύριον.

ρῶ; Itaque ausus sum vestigia sequi a bonis codicibus monstrata. Nam optativus arguere videtur, illud ipsum verbum αὐτός, quod sententiam loci perturbat, corruptum esse. Id igitur in αὖθις mutavi, quod quum esset αὖτις scriptum, nec satis intelligeretur, positum est αὐτός, conversusque optativus in indicativum. Sic et huius versus aptissima est sententia, et eius qui sequitur aperta ratio. Contemptim quasi miserabundus dicit Strepsiades, *non est ut tu convalescas*, idque miranti et *quid ita* quaerenti Amyniae rationem reddit, gravi eum morbo laborare dicens: *cerebro quasi concusso mihi esse videris.*

1278. De hoc usu verbi ὥςπερ v. Elmsl. auctar. ad Acharn. 193.

1279. L. προςκεκλῆσθαι, Ia. etiam delet γε, utrumque male. Προςκεκλήσεσθαι, *in ius vocatum iri*, quae est πρόςκλησις, de qua vid. Vales. ad Harpocr. in h. v. ERN. Vulgo προςκεκλήσεσθαί γέ μοι, quam lectionem etiam scholiastes habuit, et Suidas T. III. p. 200. a Kustero ex MSS. Paris. integratus. Nam in edd. vett. in v. πρὸς καιρὸν ποιῶ lacuna est, servatis ex h. l. postremis verbis εἰ μὴ ἀποδώσεις τἀργύριον. MS. Suidae apud Porsonum προςκεκληθήσθαι. Brunckius, si quidem προςκεκλήσεσθαι servandum est, recte edidit, προςκεκλήσεσθαί γ' ἐμοί. Liber Ravennas et Venetus, προςκεκλῆσθαί μοι δοκεῖς. Leidensis, Ia. Mutinensis secundus προςκεκλῆσθαί μοι, omittentes δοκεῖς. Sic etiam Dobraei quintus, nisi quod πρὸς κεκλῆσθαί μοι: glossa eius, ἐγκληθήσεσθαι δοκεῖς. Difficile est, utra lectio melior sit, decernere. Vulgata simplicitate commendatur, et plerorumque librorum fide: altera facile nasci potuit interpretum diligentia, qui δοκεῖς adscripserint, quod κατὰ κοινοῦ in superiore versu positum esset, ut scholiastes observat. Hanc tamen lectionem praeferendam esse rati sumus, tum optimorum librorum auctoritate, quam confirmant eiusdem lectionis in codd. L. Ia. Mut. 2. et Dobraei 5. vestigia, tum vero etiam aliis haud sane levibus argumentis. Primum enim etsi hic proprie futurum requiritur, eadem tamen vis in perfecto inest, quae quo magis recondita est, eo facilius futurum προςκεκλήσεσθαι aut reponi ab emendatore, aut adnotari ab interprete, ac deinde ab imperitis in textum inferri potuit. Etenim προςκεκλῆσθαι, nota significatione temporum praeteritorum, hanc vim habet, ut in ius vocatum iri illum tam certum esse dicatur, quam

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

κάτειπέ νυν,
πότερα νομίζεις καινὸν ἀεὶ τὸν Δία
ὕειν ὕδωρ ἑκάστοτ', ἢ τὸν ἥλιον
ἕλκειν κάτωθεν αὐτὸ τοῦθ' ὕδωρ πάλιν;

ΑΜΥΝΙΑΣ

οὐκ οἶδ' ἔγωγ' ὁπότερον, οὐδέ μοι μέλει.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

πῶς οὖν ἀπολαβεῖν τἀργύριον δίκαιος εἶ,
εἰ μηδὲν οἶσθα τῶν μετεώρων πραγμάτων;

ΑΜΥΝΙΑΣ

ἀλλ' εἰ σπανίζεις, τἀργυρίου μοι τὸν τόκον
ἀπόδοτε.

---

si iam sit in ius vocatus. Deinde haec ipsa dicendi ratio multo magis, quam altera, ad hunc locum accommodata est. Nam non solum maior quaedam vis atque alacritas orationis in perfecto inest, sed longe melius etiam eo irridetur Strepsiades, quam adhibendo tempore futuro. Omnis enim virtus huius loci in eo posita est, ut Amynias, quae a Strepsiade superbe et gravi supercilio dicta erant, quam minima verborum mutatione facta, eodem vultu et gestu, eademque voce, in Strepsiadem convertat. Itaque ut ille perfecto *σεσεῖσθαι* usus erat, ita hunc etiam perfecto *κεκλῆσθαι* uti decet; atque ut ille *μοὶ δοκεῖς* dixerat, ita hic, irridendi caussa illum imitatus, eadem verba repetit. Estque hoc frequens apud comicos, neque alienum a tragoedia.

1281. R. *ἀεὶ*] ERN. Sic etiam alii libri. Vulgo *αἰεί*.

1283. *ταὐτὸ τοῦθ'*] Ib. *αὐτὸ τοῦθ'* melius. ERN. Sic etiam Mut. b. c. Dobraei quartus. Sed Baroccianus 127. *αὐτὸ τὸ ὕδωρ*, Ravennas autem *αὐτὸ τὸ θ' ὕδωρ*. Non multum interest, eamdemne hic an ipsam illam aquam dicat. Vulgati *ταὐτὸ τοῦθ'*.

1284. Rav. Ven. *οὐδέν μοι*.

1285. Quod in quinto Dobraei est, *δίκαιον*, quo spectet, monstrat Baroccianus 43. in quo eadem scriptura est, et pro *εἶ* ex emendatione *ἦν*.

1287. Vulgo sic distinguitur, *ἀλλ' εἰ σπανίζεις τἀργυρίου, μοι τὸν τόκον*. Calidius assensus est Reisigio vulgatam interpunctionem tenenti Fritzschius in Quaestt. Lucian. p. 28. Nam etsi *εἰ σπανίζεις τἀργυρίου* dici potuit, i. e. *si haec pecuniae summa tibi non praesto est*, a quo patet quid differat *εἰ σπανίζεις ἀργυρίου*, quod est in codice Brunckii, tamen parum hic commode positum esset encliticum pronomen *μοι*. Quare cum Brunckio membranarum et quarti Regii interpunctionem sequuti sumus.

1288. Vulgo *ἀπόδος γε*. Omissum *γε* in R. Ia. Mut. a. b. et

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

τοῦτο δ' ἔσθ' ὁ τόκος τί θηρίον;

ΑΜΥΝΙΑΣ

τί δ' ἄλλο γ', ἢ κατὰ μῆνα καὶ καθ' ἡμέραν
πλέον πλέον τἀργύριον ἀεὶ γίγνεται,
ὑποῤῥέοντος τοῦ χρόνου;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

καλῶς λέγεις.
τί δῆτα; τὴν θάλατταν ἔσθ' ὅτι πλείονα
νυνὶ νομίζεις ἢ πρὸ τοῦ;

ΑΜΥΝΙΑΣ

μὰ Δί', ἀλλ' ἴσην.
οὐ γὰρ δίκαιον πλείον' εἶναι.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

κᾆτα πῶς
αὕτη μὲν, ὦ κακόδαιμον, οὐδὲν γίγνεται
ἐπιῤῥεόντων τῶν ποταμῶν πλείων, σὺ δὲ
ζητεῖς ποιῆσαι τἀργύριον πλεῖον τὸ σόν;
οὐκ ἀποδιώξεις σαυτὸν ἀπὸ τῆς οἰκίας;
φέρε μοι τὸ κέντρον.

---

tribus Porsoni. Erasum videtur in Dobraei tertio, cuius in primo additum ex emendatione. Veram scripturam praebuerunt Rav. et Ven. Strepsiadem et filium dicit.

1290. αἰεὶ γίγνεται] Γίνεται ἀεί R. ERN. Rav. ἀεὶ γίνεται.

1291. Dawesius in Misc. crit. p. 159. legi volebat ἐπιῤῥέοντος, ut est apud Aeschylum Eum. 856. οὑπιῤῥέων χρόνος. At valde illa diversa sunt: ὁ ἐπιῤῥέων χρόνος est tempus adveniens, i. e. futurum; ὁ ὑποῤῥέων χρόνος id, quod interim, dum quid aliud fit, elabitur. Et hoc tuetur Suidas in τόκος. In Dobraei secundo fuerat ἀποῤῥέοντος.

1294. Sic edidimus e MS. Ib. Consentit Ia. qui habet plenum πλείονα. Vulgo male πλεῖον. ERN. Πλείον' εἶναι confirmant etiam alii libri: sed vulgatum tenet Rav.

1295. Rav. γίνεται.

1296. Ven. πλειόνων i. e. πλεῖον et πλείων.

1297. Ia. hoc ordine ποιῆσαι τἀργύριον ζητεῖς. ERN.

1298. Pro ἐκ L. Ib. ἀπό, quod melius puto, et per se, et e v. 1255. 1256. ERN. Ἀπὸ Dorv. Bar. 43. Dobraei 2. 4. 5. 6. Mut. b. c. Sed primus tertiusque Dobraei et caeteri optimi codd. ἐκ, quod aegre puto defendi posse. Miscuit hunc locum diversissimis scriptor no-

ΑΜΥΝΙΑΣ

ταῦτ' ἐγὼ μαρτύρομαι.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ὕπαγε, τί μέλλεις; οὐκ ἐλᾷς, ὦ σαμφόρα;

ΑΜΥΝΙΑΣ

ταῦτ' οὐχ ὕβρις δῆτ' ἐστίν;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ἄξεις; ἐπιαλῶ

κεντῶν ὑπὸ τὸν πρωκτόν σε τὸν σειραφόρον.

---

vae Syntaxeos linguae Graecae p. 226. Meminit huius versus de commutatione illarum particularum dicens Porsonus in Miscell. p. 181. Ἀπὸ τῆς οἰκίας legitur in Vesp. 456. restitutumque ex Rav. et Ven. est pro altero in Pac. 1121. Ἀποδιώξει medium reponi volebat Elmsleius ad Ach. 278. nulla tamen accedente auctoritate codicum.

1299. Vulgo verba ταῦτ' ἐγὼ μαρτύρομαι male testi tributa. C. totum versum Phidippidi assignat. Recte Brunckius e libris A. B. D. quibuscum Ravennas consentit, Amyniae nomen praefixit verbis ταῦτ' ἐγὼ μαρτύρομαι.

1300. Σαμφόρα] R. L. C. Ib. Σαπφόρα. ERN. Ita etiam Elbing. aliique. Sed Ravennas et Venetus, ὦ Πασία. Est haec mala interpretatio. Nam quos Strepsiades v. 21. et 31. creditores suos nominaverat, hos ipsos esse, a quibus nunc postulatur, et duodecim minae monstrant, quas equi emendi caussa a Pasia mutuatus erat, (v. v. 21. et 1226.) et quam pro curru et rotis Amyniae debebat pecunia: v. v. 31. et 1304.

1301. Leid. C. I. ab Ernestio memorati, tum apud Brunckium ipsius codex et B. et quartus Regius, porro Elbing. Dorv. Bar. 43. quinque Dobraei, Mutinenses tres ἐπεὶ ἀλῶ. Arund. ἐπεὶ ἀλῷ. Membranae Brunckii, Harleianus Porsoni, Bar. 127. ἐπὶ ἀλῶ. Ravennas ἐπὶ ἀλῶ (sed in ed. Bekkeri ἐπιαλω sic sine accentu) Venetus ἐπὶ ἄλλων, γρ. ἐπεὶ ἀλῶ. Brunckii C. ἐπί τ' ἀλῶ. Dobraei primus ἐπεί γ' ἀλῶ. Brunckius dedit, ἄξεις; ἐπί σ' ἀλῶ, mala emendatione, quam adhibuit etiam epigrammati, quod in Anthol. Pal. est 112. vol. II. p. 484. Reisigius edidit, ἄξεις; εἶτ' ἀλῶ κεντῶν etc. quod non magis ferri potest. Quantopere iam veteres interpretes se in hoc loco torserint, ex scholiis cognoscimus. Patet vero aut ἢ cum aliquo coniunctivo coniunctum requiri, quod verbo ἄξεις subiiciatur: *auferesne te, an abigam?* aut sine ἢ futurum aliquod positum fuisse. Ex librorum scripturis verisimillimum est ἐπιαλῶ, quod placuit etiam H. Stephano in Thesauro, scilicet τὸ κέντρον. Disputat de verbo ἰάλλειν Eustathius p. 1403, 13. memoratque etiam ἰάλλειν spiritu aspero dici, unde sit apud Aristophanem ἐφιαλεῖν,

φεύγεις; ἔμελλον ἄρα σε κινήσειν ἐγὼ
αὐτοῖς τροχοῖς τοῖς σοῖσι καὶ ξυνωρίσιν.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ α΄.

οἷον τὸ πραγμάτων ἐρᾶν φλαύρων· ὁ γὰρ στροφή.
γέρων ὅδ' ἐρασθεὶς
ἀποστερῆσαι βούλεται
τὰ χρήμαθ', ἅδανείσατο·
κοὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ τήμερον
λήψεταί τι πρᾶγμ', ὃ τοῦ-

---

quod alii φιαλεῖν esse velint. Exstat illud verbum, de cuius explicatione valde ambigitur, in Vespis v. 1348. et in Pace v. 432. utroque loco ita, ut versus et φιαλεῖν et ἐφιαλεῖν admittat. Sine adspiratione legitur Odyss. χ. 49. ἐπίηλεν, sed scholiastes Aristophanis ad Vesp. 1339. habet ἐφίηλεν. Ἀπιάλλειν in decreto Laconico est apud Thucyd. V. 77. Si ex verbo ἰάλλειν deductum est ἐφιάλλειν vel φιάλλειν, crediderim huius formae proprium esse, ut significet *opus aggredi*, alteram autem ἐπιάλλειν primitivum retinuisse significatum *immittendi*. Et is Nubium loco convenit. Neque abhorrere ἰάλλειν ab usu Atticorum, ex Aeschylo cognoscitur, qui et hoc verbum saepius adhibuit, et derivatum ex eo posuit ἰαλτός.

1303. κινήσειν σ' ἐγὼ] R. del. σ' bene. Caninius stellulam praefixit. ERN. Omittit σ' etiam Dorv. B. ut vulgo ἔμελλον ἄρα κινήσειν σ' ἐγώ. Eodem modo quartus Regius, nisi quod eraso pronomine a secunda manu scriptum, ἔμελλον ἄρα σε κινήσειν ἐγώ. Sic etiam primus Dobraei: adscivitque Reisigius: vide praefationem meam ad Soph. Oed. Col. p. 26. Brunckius e tribus libris, quibuscum Ravennas et Venetus consentiunt, ἔμελλόν σ' ἄρα κινήσειν ἐγὼ posuit.

1304. Rav. omittit αὐτοῖς.

1305. Hoc carmen chori vulgo e scholiastae metrici sententia numeris legitur perversissimis. Brunckius paullo meliore usus est versuum descriptione, sed id, quod summum est, non magis, quam caeteri, animadvertit, carmen hoc esse antistrophicum, cuius antistropham incipere his verbis: οἶμαι γὰρ αὐτὸν αὐτίχ' εὑρήσειν.

1306. Codd. et edd. vetustissimae ἐρασθείς. Prima, ut videtur, Cratandrina a. 1532. errore fortasse typothetae ἐραστείς, quod deinde in quasdam alias venit: unde edi coeptum ἐραστής. Quum in antistropha optimi libri praebeant ἐπεζήτει, non inepte quis coniiciat, ἐραστεὶς illud ex male lecta scriptura participii ἐραστεύσας ortum esse. Eo verbo usus est Aeschylus Prom. 852.

1309. Barocc. 43. et Dobraei quintus οὐκ ἔσθ'. Mox pro οὐ in tertio Dobraei τοῦ.

1310. Brunckius ex A. C. edidit τι λήψεται. Hoc τι non ha-

τον ποιήσει τὸν σοφι-
στὴν * *
* ὧν πανουργεῖν ἤρξατ'; ἐξ-
αίφνης κακὸν λαβεῖν τι.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ β'.

οἶμαι γὰρ αὐτὸν αὐτίχ' εὑρήσειν, ὅπερ ἀντιστρ.
πάλαι πότ' ἐπήτει,
εἶναι τὸν υἱὸν δεινόν οἱ
γνώμας ἐναντίας λέγειν
τοῖσιν δικαίοις, ὥςτε νι-
κᾶν ἅπαντας, οἷςπερ ἂν
ξυγγένηται, κἂν λέγῃ
παμπόνηρ'.

---

bent caeteri codd. Valckenarius, singularium amator, ad Herodot. VI. 9. λελήψεται restitui iubebat. Antistropha ostendit, inserendum quidem esse τι, sed ante πρᾶγμα, quo loco cur exciderit in promptu est.

1313. ὧν πανουργεῖν ἤρξατο] Pro ἀνθ' ὧν ἐπανούργησεν, *pro malefactis, quae male et fraudulenter facere instituit, conatus est.* ERN. Lacunam recte videtur explevisse Reisigius, ἴσως, ἀνθ' inserens, sed ultima liberius mutans: ὃ τοῦτον ποιήσει τὸν σοφιστὴν ἴσως, ἀνθ' ὧν πανουργεῖν ἤρξατ', ἐξαίφνης κακόν τι πάσχειν.

1314. Perversus in libris omnibus ordo verborum, ἐξαίφνης τι κακὸν λαβεῖν, quem metro iubente mutavimus.

1315. Αὐτὸν in MS. B. et edd. praeter Aldinam omissum est. Id Brunckius e codd. A. C. D. reposuit. Habent etiam liber Ravennas, Venetus, Bar. 127. Dobraei tertius, aliique.

1316. Vulgo ἐζήτει. Bar. 127. Dobraei tertius ἐξεζήτει. Rav. Ven. liber Caninii ἐπεζήτει: quod qui verum putabit, in strophico versu scribere poterit ἐραστεύσας. Sed simplicius et facilius iudicavi ἐπήτει reponere, quod verbum quoniam fere mendicandi significatione usurpatur, a grammaticis per ἐζήτει explicatum est. Nam ἐξεζήτει nihil videtur esse quam ἐζήτει cum supra scripta correctione ἐξ coniunctum, pariterque ἐπεζήτει ex ἐπήτει et supra scripto ἐζ pro ἐξ natum.

1317. In Dobraei tertio deletum videtur οἱ.

1318. τ'] Omittit R. recte. Nec enim video quorsum addatur. ERN. Vulgo γνώμας τ' ἐναντίας. Omisit etiam Brunckius cum MSS. A. B. Dorv. Servant particulam Rav. Ven. et omnes Dobraei.

1319. Recte Brunckius τοῖσιν δικαίοις e MSS. A. C. Vulgo τοῖσι δικαίοις.

1322. παμπόνηρα] R. παμπόνηρ', ut ρ' sit versus sequentis,

ἴσως δ', ἴσως βουλήσεται
κἄφωνον αὐτὸν εἶναι.

ΧΟΡΟΣ. ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ. ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

Ἰού, ἰού.
ὦ γείτονες, καὶ ξυγγενεῖς, καὶ δημόται,
ἀμύναθετέ μοι τυπτομένῳ πάσῃ τέχνῃ.
οἴμοι κακοδαίμων τῆς κεφαλῆς καὶ τῆς γνάθου.
ὦ μιαρέ, τύπτεις τὸν πατέρα;

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

φήμ', ὦ πάτερ·

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ὁρᾶθ' ὁμολογοῦνθ', ὅτι με τύπτει.

---

sic, ῥ' ἴσως δ' (sic) ἴσως. Τὸ δ' non displicet. ERN. Vulgo παμπόνηρα, non elisa ultima, quod retinuit Brunckius. Idem autem recte e MSS. A. C. D. ἴσως δ', ἴσως edidit. Sic etiam Dorv. margo ed. Caninii, et, ut videtur, Rav. et Ven. Antea enim ἴσως ἴσως legebatur, ut in omnibus Dobraei et secundo tertioque Mut. In C. βουλήσεται glossam hanc supra scriptam habet: ἐπὶ (scr. ἐπεί) μείζω κακὰ πείσεται, ἢ φέρειν οἷός τε εἶναι. Ea in MS. B. in ipsum contextum illata, hoc modo:

οἷςπερ ἂν ξυγγένηται. ἐπεὶ μείζω κακὰ πείσεται
ἢ φέρειν οἷός τ' εἶναι κἂν λέγῃ παμπόνηρα
ἴσως ἴσως βουλήσεται κἄφωνον αὐτὸν εἶναι.

Verba illa interpretis etiam Venetus et Barocc. 43. Dobraeique quintus habent: et hi duo quidem, ut nonnumquam etiam interpres interpretem invenit, supra scriptis: μείζονα μέλλει παθεῖν παρὸ ὑπομένειν δυνατὸς εἶναι. Quae codd. illi in textu habent, pro adnotatione sunt in Dobraei primo: quintus insuper scholion habet: ἐπεὶ μείζονα κακὰ πείσεται ἢ εἶναι δυνατὸς ὑπομένειν.

1325. C. Ib. quater habent ἰού, sed scholiastes testatur esse μονόμετρον ἰαμβικόν. ERN.

1327. L. Ia. ἀμύνασθε. Ad ἀμύνατε refer πάσῃ τέχνῃ. ERN. A Kustero profectum ἀμύνατέ γε μοι, quod nullo in scripto editove libro erat. Edd. pleraeque ἀμυνάθε τέ μοι, et sic etiam Elbing. Membranae Rav. Ven. aliique libri recte habent ἀμυνάθετέ μοι. Alii libri partim ἀμυνάθατέ μοι, partim ἀμύνασθέ μοι. Conf. Elmsleius ad Med. 186. not. y.

1330. Vulgo haec ὁρᾶθ' ὁμολογοῦνθ', ὅτι με τύπτει cum in-

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

καὶ μάλα.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ὦ μιαρὲ, καὶ πατραλοῖα, καὶ τοιχωρύχε.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

αὖθίς με ταὐτὰ ταῦτα, καὶ πλείω λέγε.
ἆρ' οἶσθ' ὅτι χαίρω πόλλ' ἀκούων καὶ κακά;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ὦ λακκόπρωκτε.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

πάττε πολλοῖς τοῖς ῥόδοις.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

τὸν πατέρα τύπτεις; 1335

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

κἀποφανῶ γε, νὴ Δία,
ὡς ἐν δίκῃ σ' ἔτυπτον.

ΣΤΡΕΨΙΑΤΗΣ

ὦ μιαρώτατε,
καὶ πῶς γένοιτ' ἂν πατέρα τύπτειν ἐν δίκῃ;

---

terrogationis signo edebantur, quod recte sustulit Brunckius. Imperativus enim mirantis est et stupentis ob facinus inauditum; interrogatio autem indicantis facto comprobari id, quod antea dixerat. Atqui nihil hic Strepsiades choro de hac re dixerat, nec dicere potuerat.

1332. ταὐτὰ ταῦτα] R. inverso ordine. ERN.

1333. Interrogative hunc versum habet C. οἶσθ' pro ἴσθ' I. ut supra v. 1256. ERN. Brunckius ἆρ' ἴσθ' edidit cum interrogatione, quod falsum est. Recte I. aliique codd. et edd. vett. ἆρ' οἶσθ' ὅτι χαίρω. Deinde vulgo πόλλ' ἀκούων δὴ κακά. Et sic codd. nonnulli. B. C. Ven. aliique libri πόλλ' ἀκούων κακά Et sic Suidae edd. vett. et Ms. ap. Porson. in μιαρὰ κεφαλή. Recte Brunckius e membr. et suo codice πόλλ' ἀκούων καὶ κακὰ edidit, quod habent etiam Bavar. et Ravennas, et margo ed. Caninii. Apud Suidam v. λακκόπρωκτε hic versus et sequens inverso ordine leguntur; vulgatus ordo servatus in v. μιαρὰ κεφαλή.

1336. Ven. ὥςτ'.

1337. Dorv. τὸν πατέρα, quod ferri posset, si pro ἐν δίκῃ legeretur δίκῃ.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ
ἔγωγ' ἀποδείξω, καί σε νικήσω λέγων.
ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ
τουτὶ σὺ νικήσεις;
ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ
πολύ γε, καὶ ῥᾳδίως.
ἑλοῦ δ' ὁπότερον τοῖν λόγοιν βούλει λέγειν.
ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ
ποίοιν λόγοιν;
ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ
τὸν κρείττον', ἢ τὸν ἥττονα;
ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ
ἐδιδαξάμην μέντοι σε, νὴ Δί', ὦ μέλε,
τοῖσιν δικαίοις ἀντιλέγειν, εἰ ταῦτά γε
μέλλεις μ' ἀναπείσειν, ὡς δίκαιον καὶ καλὸν

1342. ἐδιδαξάμην] Gl. MS. C. εἰς διδάσκαλον ἔπεμψα, recte. *te docendum curavi*, ut supra. ERN.

1344. R. ἀναπείθειν, melius. Fraudi fuit 1346. ERN. Brunckius e membranis edidit μέλλεις μ' ἀναπείθειν. Accedit Bar. 127. Dobraei primus et tertius, et, ut videtur, margo ed. Caninii, unde μέλλεις μὲν adnotatum. C. D. μέλλεις μ' ἀναπείσειν. Ravennas, Venetus, aliique libri, ut vulgo, μέλλεις ἀναπείσειν. Borgianus, ταυτῷ γε μέλλεις μ' ἀναπείσειν. Itaque μέλλεις μ' ἀναπείσειν edidi. In D. verbo μέλλεις superscripta glossa ἔμελλες: quam qui adscripsit, Brunckio videtur hunc locum per ἀποσιώπησιν hac ratione intellexisse: ἐδιδαξάμην μέντοι σε τοῖς δικαίοις ἀντιλέγειν· εἰ δὲ ταῦτα ἔμελλές μ' ἀναπείσειν, ὡς δίκαιόν ἐστι τὸν πατέρα τύπτεσθαι ὑπὸ τῶν υἱέων, οὐκ ἂν ἐδιδαξάμην σε. Non voluit hoc grammaticus, sed praesens adhibitum indicavit, ubi e sua sententia praeterito utendum esset. Ipse Brunckius, *bona*, inquit, *esset interpretatio*, *si legeretur:*

ἐδιδαξάμην μέντ' ἂν σε, νὴ Δί', ὦ μέλε,
τοῖσιν δικαίοις ἀντιλέγειν, εἰ ταῦτά γε
ἔμελλες μ' ἀναπείσειν.

Sed non est hic poetae sensus. Immo maxime hic poetae sensus est, sed non verba. Neque enim, quod Brunckio placet, ὀρθῶς, vel καλῶς intelligendum est, quod ille sic interpretatur: *istuc mehercle ex sententia pulcre mihi evenit, quod te doceri curavi, o perdite, iuri contradicere, si mihi persuasurus es:* sed ironice dictum ἐδιδαξάμην, non addito ἄν. Vide de particula ἂν I. 14. Thomas M. p. 265. haec sic scripta affert: ἐδιδαξάμην ἄν σ', ὦ μέλεε, τοῖσι δικαίοις ἀντιλέγειν. Recte scripta dedit Triclinius ad Soph. Antig. 356.

τὸν πατέρα τύπτεσθ' ἐστὶν ὑπὸ τῶν υἱέων.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

ἀλλ' οἴομαι μέντοι σ' ἀναπείσειν, ὥςτε γε
οὐδ' αὐτὸς ἀκροασάμενος οὐδὲν ἀντερεῖς.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

καὶ μήν, ὅ τι καὶ λέξεις, ἀκοῦσαι βούλομαι.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ α΄.

σὸν ἔργον, ὦ πρεσβῦτα, φροντίζειν, ὅπῃ στροφή.
τὸν ἄνδρα κρατήσεις·
ὡς οὗτος, εἰ μή τῳ 'πεποίθειν, οὐκ ἂν ἦν
οὕτως ἀκόλαστος.
ἀλλ' ἔσθ' ὅτῳ θρασύνεται· δῆλόν γέ τοι
τὸ λῆμα τὸ τἀνδρός.

1345. Brunckius et Porsonus τύπτεσθαί 'στιν.

1348. Ravennas et primus Dobraei, ὅ τι καὶ λέγεις.

1349. Stropha haec est sex versuum, quorum unumquodque distichon constat versu iambico trimetro acatalecto, et ordine dactylico duplici catalectico in bisyllabum, qui anacrusin iambicam habet. Antistropha incipit v. 1395.

1351. Vulgo πέποιθεν. Et sic aliquot codd. Venetus vero, Borgianus, quartus Regius, duo Porsoni, primus tertiusque Dobraei πέποιθ'. Ravennas πεποίθει. Emendavit Dawesius in Misc. crit. p. 231. Dawesii emendationem, 'πεποίθειν, quam merito Brunckius recepit, exhibet liber Ravennas. Quartus Regius et Borgianus, εἰ μή.

1353. Vulgo ita leguntur hi versus:

ἀλλ' ἔσθ' ὅτῳ θρασύνεται· δῆλόν γε τὸ
λῆμ' ἐστὶ τἀνθρώπου.

In qua lectione magna numeri et prosodiae perversitas est. Primum enim τό, articulus, qui ipsa pronunciatione ita cum substantivo suo coniungitur, ut utrumque vocabulum propemodum pro uno habeatur, non potest ita in fine versus collocari, ut non modo numeri interruptione a substantivo suo disiungatur, sed etiam longae syllabae vicem sustineat. Deinde secundus versus plane omni numero destitutus est, quem Brunckius putat dimidiatum trimetrum esse, foedum genus metri et prorsus inauditum. Necessario enim, si versus hic esset dimeter brachycatalecticus, (et hoc quoque nomine eum vocat Brunckius) in ultima sede purus iambus esse deberet. At enim vero hic versus pariter ut v. 1350. et 1352. dactylicus est catalecticus in bisyllabum cum anacrusi iambica. Itaque sagaciter Bentleius,

λῆμ' ἐστὶ τὸ τἀνδρός.

ΧΟΡΟΣ

ἀλλ' ἐξ ὅτου τοπρῶτον ἤρξαθ' ἡ μάχη γενέσθαι,
δεῖ δὴ λέγειν πρὸς τὸν χορόν· πάντως δὲ τοῦτο δράσεις.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

καὶ μὴν ὅθεν γε πρῶτον ἠρξάμεσθα λοιδορεῖσθαι,
ἐγὼ φράσω· 'πειδὴ γὰρ εἱστιώμεθ', ὥςπερ ἴστε,
πρῶτον μὲν αὐτὸν τὴν λύραν λαβόντ' ἐγὼ 'κέλευσα
ᾆσαι Σιμωνίδου μέλος, τὸν Κριὸν ὡς ἐπέχθη.
ὁ δ' εὐθέως ἀρχαῖον εἶναι ἔφασκε τὸ κιθαρίζειν,

Nihil enim frequentius permutatione verborum ἀνήρ et ἄνθρωπος. Ea uti debebam in dissertatione de aetate Orphei Argonauticorum p. 785. ubi in epigrammate Phalaeci apud Athenaeum X. p. 440. D. eo magis, quod isti versus in feminam bibacem scripta sunt, reponendum erat:

ἴσα δὲ πίνειν
οὔτίς οἱ ἀνδρῶν ἤρισεν οὐδαμά πω.

In Ravennate libro et Veneto scriptum est:

ἀλλ' ἔσθ' ὅτῳ θρασύνεται·
δῆλον τὸ λῆμ' ἐστὶ τἀνθρώπου.

Hinc fortasse coniiciat quis scribendum esse, δῆλόν γε τἀνθρώπου 'στὶ τὸ λῆμα. Sed praestare videtur, quod dedimus, remotis interpretamentis.

1356. Vulgo ἤδη λέγειν χρὴ πρὸς χορόν. Articulum, qui necessarius est, tertius Dobraei ut interpretis adscriptum habet: in textu exhibent Mut. a. b. Propius verum Bar. 43. et quintus Dobraei χρὴ λέγειν πρός τὸν χορόν. Dorv. ἤδει, primae litterae superscripto ἔ. Hinc emendavi δεῖ δὴ λέγειν πρὸς τὸν χορόν. In Ach. 416.

δεῖ γάρ με λέξαι τῷ χορῷ ῥῆσιν μακράν.

1357. Vulgo καὶ μὴν ὅθεν γε τοπρῶτον. Ita etiam B. habet Membr. ὅθεν πρῶτον. Brunckius recte e C. D. edidit ὅθεν γε πρῶτον, idque etiam in Elbingensi, Ravennate, Dorv. aliisque est.

1358. ἐγὼ φράσω] L. Ia. ἔγωγε. Ib. Dorv. ἐγὼ φράσω γ'. Pro ἐπειδὴ I. habent ἐπεί. Pro εἱστιώμεθα R. ἑστιώμεθα. ERN. Dorv. Elbing. Mut. 3. tres Dobraei ἐγὼ φράσω γ'. ἐπεί. Ἑστιώμεθ' etiam Ravennas, Venetus, Dorv. Borgianus.

1359. Legebatur κριόν. Deinde Dobraei quintus Ia. ἐπήχθη. Ib. ἐπάχθη. Dorv. ἀπέχθη. B. D. Bavar. ἐπαίχθη. Dobraei tertius ἐπέχθο. In B. C. Bar. 127. duobusque Dobraei adnotatum, γρ. ἐπλέχθη. Vide ad scholia.

1361. Vulgo, ὁ δ' εὐθὺς ὡς ἀρχαῖον εἶν' ἔφασκε τὸ κιθαρίζειν. Omittunt ὡς Venetus, Porsoni Harleianus et Barocc. 127. primusque Dobraei. Εὐθέως ἀρχαῖον habent Elbing. Bav. Dorv. Dobraei 2. 4. 6. margo ed. Caninii, Mut. b. c. Ia. Id Reisigio in Coni. p. 92. non satis

ᾄδειν τε κίνουθ᾽, ὥςπερεὶ κάχρυς γυναῖκ᾽ ἀλοῦσαν.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

οὐ γάρ τότ᾽ εὐθὺς χρῆν σέ γ᾽ ἄρα [τύπτεσθαι καὶ πατεῖσθαι,]

---

elegans visum. Dobraei tertius εὐ ἀρχαῖον εἶν᾽ ἔφασκε, supra adscripto ab recentiore manu θύς. Leid. Ib. Bar. 43. Dobraei quintus ὁ δ᾽ εὐθέως εἶν᾽ ἔφασκε τὸ κιθαρίζειν ἀρχαῖον. Primus Dobraei, ὁ δ᾽ εὐθὺς ἀρχαῖόν γ᾽ ἔφασκ᾽ εἶναι τὸ κιθαρίζειν. Vnde coniici potest, ὃ δ᾽ εὐθὺς ἀρχαῖόν γ᾽ ἔφασκ᾽ εἶναί τι τὸ κιθαρίζειν.

1362. Plerique codd. κάγχρυς. At brevis est prima: v. Vesp. 1306. et adnott. ad Thom. M. v. ἀλεῖν.

Athenaeus ex Tryphone XIV. p. 618. D. ἱμαῖος, ἡ ἐπιμύλιος καλουμένη, ἣν παρὰ τοὺς ἀλέτους ᾖδον· ἴσως ἀπὸ τῆς ἱμαλίδος. ἱμαλὶς δ᾽ ἐστὶ παρὰ Δωριεῦσιν ὁ νόστος καὶ τὰ ἐπίμετρα τῶν ἀλέτων. Vide Hesychium in v. ἱμαῖος, ἱμαλιά, ἱμαλίς. Νόστον, qui est reditus ex frumento quod molitur, ut deum colebant, quem vel Νόστον vocabant: v. Eustath. p. 1885, 25. vel Εὔνοστον: v. eumdem p. 214, 17. 1383, 42. et Hesychium v. εὔνοστος. Adde eumdem v. προμυλέα. Conf. Götzius de pistrinis veterum p. 378—385. et Ilgenius in disquisitione de scoliis p. 25. Exemplum eiusmodi cantionis habet Plutarchus in convivio sapientum p. 157. D. ἄλει, μύλα, ἄλει. καὶ γὰρ Πιττακὸς ἀλεῖ μεγάλας Μυτιλάνας βασιλεύων.

1363. Vulgo, οὐ γάρ τότ᾽ εὐθὺς χρῆν σ᾽ ἄρα τύπτεσθαι καὶ πατεῖσθαι, quod servant Dobraei tertius et quintus. Quod Brunckius ex A. C. dedit, χρῆν σ᾽ ἄρα τύπτεσθαί τε καὶ πατεῖσθαι, habent etiam Ravennas et Venetus. In Mut. a. est χρῆν σ᾽ ἄρα τύπτεσθαί γε καὶ πατεῖσθαι, quod mirum est placuisse Reisigio in Coni. p. 92. Sic tamen etiam Dorv. nisi quod hic γ᾽ etiam pro σ᾽. In Mut. b. c. Dobraeique 2. 6. legitur χρῆν σέ γ᾽ ἄρα τύπτεσθαι καὶ πατεῖσθαι. In Elbing. σ᾽ et καὶ πατεῖσθαι desunt: omittunt καὶ πατεῖσθαι etiam Dobraei 4. in quo scriptum χρῆν γ᾽ ἄρα τύπτεσθαι, et Arund. in quo σέ γ᾽ ἄρα τύπτεσθαι. Primus Dobraei, εὐθὺς ἄρα (prius ἄρα) χρῆν σε τύπτεσθαι καὶ πατεῖσθαι. Bentleius, ut anapaestum a quarto pede removeret, coniecit, οὐ γάρ τότ᾽ εὐθὺς χρῆν σε τύπτεσθαί τε καὶ πατεῖσθαι. Probarunt Reizius, Porsonus in praef. ad Hec. p. 41. Elmsleius in censura Hecubae p. 266. H. ed. Lips. et in auctar. ad Ach. 127. Facilior haec quam vera emendatio est. Nam codicum scripturas consideranti, quum omnes tueantur ἄρα, defensum illud iure ab Reisigio in Coni. p. 90. fluctuent autem in postremis verbis, non potest obscurum esse, tale quid, quale v. 1401. ab Aristophane scriptum esse: οὐ γάρ τότ᾽ εὐθὺς χρῆν σέ γ᾽ ἄρα τυπτόμενον ἐπιτριβῆναι. Quare corrupta uncis inclusi. Mira Scaligeri sententia fuit, prodita in ed. a. 1624. uno verbo legendum esse τυπτεκαιπατεῖσθαι.

ᾄδειν κελεύονθ', ὡςπερεὶ τέττιγας ἑστιῶντα;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

τοιαῦτα μέντοι καὶ τότ' ἔλεγεν ἔνδον, οἷά περ νῦν,
καὶ τὸν Σιμωνίδην ἔφασκ' εἶναι κακὸν ποιητήν.
κἀγὼ μόλις μέν, ἀλλ' ὅμως ἠνεσχόμην τοπρῶτον.
ἔπειτα δ' ἐκέλευσ' αὐτὸν ἀλλὰ μυῤῥίνην λαβόντα
τῶν Αἰσχύλου λέξαι τί μοι. κᾆθ' οὗτος εὐθὺς εἶπεν·
ἐγὼ γὰρ Αἰσχύλον νομίζω πρῶτον ἐν ποιηταῖς,

1364. τέττιγας] Spanhemius male refert ad ἑστιῶντα, quasi cicadas comederint, idque illustrat. ERN. Recte quidem τέττιγας Spanhemius ad ἑστιῶντα refert, sed non cogitandum de cicadis appetitus commovendi caussa, quod ille vult, appositis. Hoc enim dicit Phidippides, risus captandi caussa: quidni verberandus eras, quod canere me iusseras, quasi qui cicadas invitasses, quae rore vescuntur, neque aliud agendum habent, quam ut canant. Apud Suidam v. ᾄδειν legitur τέττιγα, quod non tam confidenter quam Dobraeus in τέττιγας mutem. Potuit enim etiam τέττιγά μ' ab illo scriptum esse.

1365. Mut. a. Porsoni Harleianus et Bar. 127. ἔνδον ἔλεγεν. Dobraei tertius, ἔνδον ἔλεγε. Mut. c. οἷα καὶ νῦν. Venetus, duo quos dixi Porsoni, et Dobraei tertius οἷάπερ καὶ νῦν. Rav. omittit ἔνδον. Ven. τοῖα et in fine versus οἷά περ καὶ νῦν.

1368. Rav. ἔφασκεν.

1369. Ven. omittit εὐθύς. Qui sequentem versum non Phidippidi, sed ipsius senis verba continere putant, maluerint αὐτὸν quam εὐθὺς scriptum esse.

1370. πρῶτον] Ib. Dorv. Elbing. πάντων. Dobraei 4. πάντων τ'. Est hoc e glossa, quam patet fuisse πάντων τῶν ποιητῶν. Brunckius, glossam MS. C. οὐκ ᾄσω δηλαδή sequutus, hunc versum cum sequente coniunxit, cui signum interrogationis apposuit, ut uterque versus orationem contineret Phidippidis, ironice negantis se quidquam ex Aeschyli carminibus cantaturum esse. In versione sic expressit, ut ironice potius loqui, quam interrogare videatur Phidippides. Et hoc modo fere caeteri quoque interpretes. Alii hoc versu Strepsiadis de Aeschylo sententiam contineri putant. Id si placuit Aristophani, perincommodo loco posita est ista parenthesis, servato ordine versuum, quem libri praebent. Sic tamen Reisigius. Praestaret, quod Schützius probante Reizio coniiciebat:

ἔπειτα δ' ἐκέλευσ' αὐτὸν ἀλλὰ μυῤῥίνην λαβόντα
(ἐγὼ γὰρ Αἰσχύλον νομίζω πρῶτον ἐν ποιηταῖς)
τῶν Αἰσχύλου λέξαι τί μοι, κᾆθ' οὗτος εὐθὺς εἶπεν
ψόφου πλέων, ἀξύστατον, στόμφακα, κρημνοποιόν.

ψόφου πλέων, ἀξύστατον, στόμφακα, κρημνοποιόν.
κἄνταῦθα πῶς οἴεσθέ μου τὴν καρδίαν ὀρεχθεῖν;
ὅμως δὲ τὸν θυμὸν δακὼν ἔφην, σὺ δ' ἀλλὰ τούτων
λέξον τι τῶν νεωτέρων ἅττ' ἐστὶ τὰ σοφὰ ταῦτα.
ὃ δ' εὐθὺς ἦσ' Εὐριπίδου ῥῆσίν τιν', ὡς ἐκίνει
ἁδελφὸς, ὦ 'λεξίκακε, τὴν ὁμομητρίαν ἀδελφήν.
κἀγὼ οὐκέτ' ἐξηνεσχόμην· ἀλλ' εὐθὺς ἐξαράττω

In qua ratione tamen illud displicet, quod haec parenthesis adderetur mentione Aeschyli nondum facta, qui ante nominandus erat, quam parenthesis ista recte posset inseri. Multo melius versus iste collocaretur post v. 1372. hoc modo:

κἄνταῦθα πῶς οἴεσθέ μου τὴν καρδίαν ὀρεχθεῖν;
ἐγὼ γὰρ Αἰσχύλον νομίζω πρῶτον ἐν ποιηταῖς.

Sed non videtur ab librorum scriptura discedendum esse. Nam multo aptius est, laudari Aeschylum eo, quod novitia ista Socraticorum doctrina imbutus adolescens eum vituperat, hunc scilicet, inquiens, ego primum poetarum esse censeo. Quo iudicio quum antiquae disciplinae iam sectatorem Strepsiadem vehementer indignatum facit poeta, satis, quid ipse de Aeschylo statuat, aestimare spectatores possunt.

1371. ἀσύστατον] R. ἀξύστατον. Mox pro κρημνοποιὸν laudat schol. Hermog. p. 391. κρυμνοποιεῖν, vitiose. Gl. Ib. σκληρολέκτην. ERN. Brunckius ἀξύστατον edidit e Suida et quarto Regio. Nec discrepare videntur codd. Bekkeri.

1373. σὺ δ' ἀλλὰ] V. Graev. ad Lucian. Dial. Mar. p. 247. ERN. Ven. ἔφη.

1375. ἐκίνει] *Subegit, compressit coitu.* Vnde scorta masculina supra κινούμενοι, 1104. ERN. Ven. ἦσεν.

1376. ἀδελφὸς] Ia. ὁ 'δελφός, quod non improbem. De re vid. schol. ERN.

1377. Κἀγὼ δ' οὐκ ἔτ' ἐξηνειχόμην R. L. C. qui tamen habet ἠνεσχόμην, ut I. quod versum perimit. Forte fuit ἐγὼ δ' ἔτ' οὐκ etc. *Ego vero amplius me continere non potui, non tolerare amplius potui filii amentiam.* ERN. Vulgo, ἐγὼ δέ τ' οὐκ ἠνεσχόμην, atque ita C. In membr. est κἀγὼ δ' οὐκέτ' ἐξηνειχόμην. Brunckii codex κἀγὼ δ' οὐκέτ' ἠνεσχόμην. B. κἀγὼ οὐκέτ' ἐξηνεσχόμην. Quartus Regius, Venetus, aliique libri, κἀγὼ δ' οὐκέτ' ἐξηνεσχόμην. Borgianus, κἀγὼ δ' οὐκ ἔτ' ἐξηνεσχόμην. Elbingensis, κἀγὼ οὐκ. Ravennas denique, κἄγ' οὐκ ἔτ' ἐξηνεσχόμην. Brunckius reposuit, ἐγὼ δ' ἔτ' οὐκ ἠνεσχόμην, quae Toupii emendatio est in Em. Suid. vol. I. p. 179. At haud dubie vera lectio ea est, quam codex Regius B. servavit, et cuius manifesta sunt in maxima parte librorum vestigia, κἀγὼ οὐκέτ' ἐξηνεσχόμην. Eamque etiam in duobus MSS.

πολλοῖς κακοῖς καἰσχροῖσι. κἀντεῦθεν μὲν, οἷον εἰκός,
ἔπος πρὸς ἔπος ἠρειδόμεσθ᾽· εἶθ᾽ οὗτος ἐπαναπηδᾷ,
κᾆπειτ᾽ ἔφλα με, κᾀσπόδει, κἄπνιγε, κἀπέτριβεν.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

οὔκουν δικαίως, ὅστις οὐκ Εὐριπίδην ἐπαινεῖς,
σοφώτατον;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

σοφώτατόν γ᾽ ἐκεῖνον; ὦ, τί σ᾽ εἴπω;
ἀλλ᾽ αὖθις αὖ τυπτήσομαι.

Harleianis inventam merito probatam videas a Porsono in appendice ad Toupii Emendatt. in Suidam. Sed eum errasse puto, quum ἔτ᾽ οὐκ a comicis pro οὐκέτι abiudicandum censuit. Vide ad Soph. Trach. 160. Vltima syllaba verbi κἀγὼ coalescit cum prima sequentis particulae οὐκέτι, quo nihil frequentius. Ἐξηνεσχόμην autem ut in Pace, v. 702.

ὡρακιάσας. οὐ γὰρ ἐξηνέσχετο
ὁρῶν πίθον καταγνύμενον οἴνου πλέων.

1378. R. C. κακοῖσι, καἰσχροῖς. κἀντεῦθεν οἷον. Ita versus non stat. C. et Ib. addunt οὖν, L. et Ia. post εἰκὸς addunt ἦν per glossam. κἀντεῦθεν etiam habet Ia. Ex quibus nihil extrico, quod melius sit vulgato. ERN. Vulgo: κᾆτ᾽ ἐντεῦθεν, οἷον εἰκός. Idque etiam in C. Caeteri codd. vix ullo excepto κἀντεῦθεν οἷον εἰκός, in quibus sunt Rav. et Venetus, aut κἀντεῦθεν οὖν οἷον εἰκός, quibusdam in fine ἦν vel ἦν γε addentibus. Is consensus in vocabulo κἀντεῦθεν, quod sane multo elegantius est, quam κᾆτ᾽ ἐντεῦθεν, permovit nos, ut post κἀντεῦθεν particulam μὲν reponeremus: quae quum excidisset propter litterarum similitudinem cum ultima praecedentis vocabuli syllaba, ab aliis οὖν additum fuit, ab aliis, iisque metri peritioribus κᾆτ᾽ ἐντεῦθεν scribi coepit.

1379. L. Ia. ἐριζόμεθ᾽. At Vat. R. Suid. in ἔπος πρὸς ἔπος, Eustath. Il. ψ. p. 1327. 14. ἠρειδόμεσθ᾽, quod placet Kustero. ERN. Vulgo ἠριζόμεσθ᾽. Brunckius ἠρειδόμεσθ᾽ edidit ex A. C. Idque etiam Ravennas, Venetus, aliique boni libri habent, communivitque Porsonus in Dobraei Aristophanicis p. 51.

1380. Libri omnes κἀπέτριβεν, praeter Ravennatem, in quo est κἀπέθλιβε, et Venetum, in quo κἀπέθλιβεν, quod non ausus sum reponere auctoritate horum duorum codicum, qui ex uno communi fonte fluxerunt, quum nullus illam scripturam alius liber exhibeat. Etiam Suidas vulgatam lectionem habet, qui sic scribit: ἐσπόδει κἀπέτριβεν. κονιορτοῦ ἐπλήρου: συνέτριβεν.

1382. ἐκεῖνον] C. ἐκεῖνον; quod verum est. Ironice enim dicit: *tu sapientissimum illum vocas?* ERN.

1383. V. Thom. M. in τυπτήσει. ERN. Ven. αὖθις τυπτήσομαι,

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

νὴ τὸν Δί', ἐν δίκῃ γ' ἄν.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

καὶ πῶς δικαίως; ὅστις, ὦ 'ναίσχυντέ, σ' ἐξέθρεψα,
αἰσθανόμενός σου πάντα τραυλίζοντος, ὅ τι νοοίης.
εἰ μέν γε βρῦν εἴποις, ἐγὼ γνοὺς ἂν πιεῖν ἐπέσχον·
μαμμᾶν δ' ἂν αἰτήσαντος, ἧκόν σοι φέρων ἂν ἄρτον·
κακκᾶν δ' ἂν οὐκ ἔφθης φράσαι, κἀγὼ λαβὼν θύραζε

---

omisso αὖ. Tum vulgo ἐνδίκως γάρ. Ib. Elbing. ἐν δίκῃ. Borgianus, ἐν δίκῃ ἐνδίκῃ γ' αὖ. Caeteri codd. ἐν δίκῃ γ' ἄν, quod Brunckio quoque, intellecto τύπτοιο, non displicet. Ravennas num a vulgata discedat, non indicatum. Videtur ἐνδίκως γὰρ habere.

1385. Τραυλίσαντος Dobraei sextus, quod non probem. Rav. inserit καὶ ante πάντα. Ven. νοεῖς.

1386. Ib. παρέσχον pro ἐπέσχον, male. Proprium verbum est in infantibus: v. ad Callim. h. in Del. 51. ERN. Παρέσχον Brunckii quoque codex. Id supra scriptum in Dorv. Phrynichus in Bekkeri Anecd. p. 31, 9. βρῦ. τὸ ὑποκόρισμα, ὅ ἐστι λεγόμενον τοῖς παιδίοις σύμβολον τοῦ πιεῖν· ὅπερ ἔνιοι σὺν τῷ ο γράφουσι, βροῦ. Et Antiatticista ibidem p. 85, 28. βρῦ. ἐπὶ τοῦ πιεῖν. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις δευτέραις. Eustathius p. 1106, 12. (1142, 18.) βρῦν ex Aristophane affert. H. Stephanus in Thes. T. III. p. 83. 84. litteram ρ in ore balbutientium puerorum miratus, βῦν legendum censebat, Varronis *buas* apud Nonium comparans. Eadem etiam Scaligeri sententia fuit, qui in ed. Aristophanis a. 1624. adnotavit: βῦν *vel etiam* πῖν· *non autem* βρῦν. Haec quamvis non inscite animadversa, tamen non sunt vera. Finguntur istiusmodi voces a nutricibus, levi saepe similitudine adductis: ut in hac factum, quae ex labiorum vibratione, qua sonus prope qualis βρ editur, petita est. Simile est illud Phoenicis de Achille, οἴνου ἀποβλύζων ἐν νηπιέῃ ἀλεγεινῇ.

1387. ἧκον] L. C. Ia. ἥκω. ERN. Elbing. ἥκων, et omittit ἄν, quae particula deest etiam in Dorv. Dobraei quarto, Mut. a. b. Ἥκω autem Barocciani 43. et 127. Dorv. Dobraei tertius, quartus, quintus. Secundus ἧκον a prima manu, sed supra correctum ἥκω. Sextus ἥκειν, cum interpretatione ἐλθεῖν. Ἥκω quidem etsi non ita videtur a Graecae orationis indole abhorrere, ut dici non potuerit, tamen nescio an natum sit ex ἥκων, quod in Elbing. est. Suadet certe Dorv. qui habet. ἥκω σοι φέρον ἄρτον.

1388. Rav. Ven. Dobraei tertius οὐκ ἄν.

κακᾷν] R. C. κακκᾷν, ut est v. 1394. ERN. Brunckius κακκᾶν e MSS. A. C. D. quibuscum consentit Elbingensis, edidit, omisso iota subscripto, quod abest etiam in Aldina et B. ubi κακᾶν scriptum. Duplicatum κ tuetur Brunckius versu e Pace 162. V. mox v. 1394.

ἐξέφερον ἄν, καὶ προὐσχόμην σε. σὺ δέ με νῦν ἀπάγχων
βοῶντα, καὶ κεκραγόθ', ὅτι
χεζητιῴην, οὐκ ἔτλης
ἔξω 'ξενεγκεῖν, ὦ μιαρέ,
θύραζέ μ', ἀλλὰ πνιγόμενος
αὐτοῦ 'ποίησα κακκᾶν.

ΗΜΙΧΟΡΙΟΝ β'.

οἶμαί γε τῶν νεωτέρων τὰς καρδίας ἀντιστρ.
πηδᾶν, ὅ τι λέξει.
εἰ γὰρ τοιαῦτά γ' οὗτος ἐξειργασμένος
λαλῶν ἀναπείσει,
τὸ δέρμα τῶν γεραιτέρων λάβοιμεν ἀλλ'
ἂν οὐδ' ἐρεβίνθου.

1389. σὺ δέ με] R. σὺ δ' ἐμέ. ERN. Ita etiam recte Brunckius edidit. Vulgatum servat Rav. De verbo προὐσχόμην v. Valck. ad Callim. fr. p. 227. Quartus Regius ἄγχων. Ea scriptura usus Reisigius in Coni. p. 38. deleto mox καὶ cum multis codd. ante κεκραγότα, anapaestum, qui ipsi perelegans videbatur, intulit, antistrophicam id rationem postulare ratus. Recte tamen recessit ab ista opinione in editione fabulae.

1390. καὶ] Ia. omittit. ERN. Omittunt etiam quinque codd. Brunckii et Ravennas, primus, tertius, quintus Dobraei, aliique, aperto errore.

1392. γ' ἐνεγκεῖν] R. 'ξενεγκεῖν. ERN. Nonnulli codd. ut vulgo, ἔξω γ' ἐνεγκεῖν. Sed meliores ἔξω 'ξενεγκεῖν. Aliqui ἔξω γ' ἐξενεγκεῖν.

1393. Vulgo ἀλλ' ἀποπνιγόμενος. Dedi, quod praebuerunt Ravennas et Venetus, ut et accommodatius ad rem, et elegantius ad numeros.

1395. τὰς καρδίας πηδᾶν] Imitatus est Philostratus Vit. Apoll. I. 37. quod non vidit Olearius. Non necesse est cum Kustero intelligere προςδοκώντων. ERN.

1397. τοιαῦτα] Ib. ταῦτ' vitiose. Ἐξειργασμένος est *excultus doctrina, arte dicendi.* Nam ita dicitur in omni genere qui perfectus est. ERN.

1400. οὐδ' ἐρεβίνθου] Varie interpretantur hunc locum, nec satisfaciunt. Berglerus explicat, *emerimus* (λάβοιμεν) *corium senum ne erebintho quidem.* Sed quis emit senis vel hominis omnino corium? Simplicissimam puto interpretationem scholii. ERN. Mirum profecto, Ernestio hoc excidere potuisse, nec recordatum eum esse, eodem modo et Latinos et Germanos loqui, ut, quod nihili vel etiam cum malo coniunctum est, habere se nolle, etiam si vilissimo pretio emi possit, significent. Perinepta sunt, quae scholiastes af-

ΧΟΡΟΣ

σὸν ἔργον, ὦ καινῶν ἐπῶν κινητὰ καὶ μοχλευτά,
πειθώ τινα ζητεῖν, ὅπως δόξεις λέγειν δίκαια.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

ὡς ἡδὺ καινοῖς πράγμασιν καὶ δεξιοῖς ὁμιλεῖν,
καὶ τῶν καθεστώτων νόμων ὑπερφρονεῖν δύνασθαι.
ἐγὼ γὰρ ὅτε μὲν ἱππικῇ τὸν νοῦν μόνῃ προςεῖχον,

---

fert. Ineptiora etiam, quae sunt in scholiis Victorianis, ex quibus patet, quantopere se in re facillima torserint interpretes. Quin fuisse, qui verba ἀλλ' οὐδ' ἐρεβίνθου Strepsiadi tribuerint, ex hisce Suidae colligi potest: ἐρέβινθος. τὸ τοῦ ἀνδρὸς αἰδοῖον. Ἀριστοφάφάνης Νεφέλαις· τὸ δέρμα τῶν γεραιτέρων λάβοιμεν ἄν. ὁ δὲ πρεσβύτης· ἀλλ' οὐδ' ἐρεβίνθου· τουτέστιν αἰδοίου. σημαίνει δὲ καὶ τὸ ὄσπριον. Ac videntur illi corrupisse scripturam: legitur enim vulgo, τὸ δέρμα τῶν γεραιτέρων λάβοιμεν ἂν ἀλλ' οὐδ' ἐρεβίνθου. Brunckius, secundi versus metrum laborare ratus, sic edidit:

ἀλλ' οὐδ' ἂν ἐρεβίνθου,

idque est in libro Ravennate. In addendis tamen malle se legere dicit, τὸ δέρμα τῶν γεραιτέρων λάβοιμ' ἂν οὐκ, ἀλλ' οὐδ' ἂν ἐρεβίνθου. Reisigius dedit, λάβοιμ' ἂν οὐκ ἂν οὐδ' ἐρεβίνθου. Satius erat, quod nunc fecimus, sedes particularum commutare. Ac nescio an idem placuerit Porsono, qui citaverit Athenaeum p. 236. C. et Demosthenem p. 352, 21. ed. Reisk. Nam apud Athenaeum Diphilus:

ὅτι τοῦτό μοι τὸ δεῖπνον ἀλλ' οὐδ' αἷμ' ἔχει

Demosthenes autem: ὑπὲρ δὲ Φωκέων ἢ Θεσπιέων ἢ ὧν οὗτος ἀπήγγειλε πρὸς ὑμᾶς, ἀλλ' οὐδὲ μικρόν, scilicet ἔνεστιν ἐν τῇ ἐπιστολῇ.

1401. Huic versui stellulam praefixit Caninius ut vitioso. Nempe in edd. tum deerat ἐπῶν. unde Dukerus coniiciebat καινῶν λόγων. Ἐπῶν etiam R. et ceteri nostri. ERN. Ἐπῶν restituit Kusterus e MSS. Vat. et Arund. Bar. 43. Dobraei omnes praeter tertium, in quo, ut in Harl. et, ut videtur, Bar. 127. λόγων. Venetus, ἔργων ὦ κινητὰ καὶ μοχλευτὰ καινῶν ἐπῶν. Ridet Euripidem, qui in Medea v. 1314. ed. Pors. scripsit:

τί τάςδε κινεῖς κἀναμοχλεύεις πύλας;

Sed eum primo τούςδε λόγους dedisse, sagaciter coniecit Porsonus, cui vereor ne non iure contradixerit Elmsleius ad suae ed. v. 1284. Hinc dubitari potest, ἐπῶν an λόγων apud Aristophanem praestet.

1402. δόξῃς] L. δόξεις, melius. ERN. Ita C. D. Bavaricus, aliique, et ex emendatione primae manus B. Ac reposuit Brunckius. Membranae, Rav. Ven. et alii vulgatum habent.

1405. Vulgo, ἱππικῇ μόνῃ τὸν νοῦν προςεῖχον. Bentleius mutando verborum ordine metrum restituit, ἱππικῇ τὸν νοῦν μόνῃ προςεῖχον, eumque sequutus est Brunckius. Liber Ravennas, μόνον

οὐδ' ἂν τρί' εἰπεῖν ῥήμαθ' οἷός τ' ἦν, πρὶν ἐξαμαρτεῖν·
νυνὶ δ', ἐπειδή μ' οὑτοσὶ τούτων ἔπαυσεν αὐτός,
γνώμαις δὲ λεπταῖς καὶ λόγοις ξύνειμι καὶ μερίμναις,
οἶμαι διδάξειν, ὡς δίκαιον τὸν πατέρα κολάζειν.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ἵππευε τοίνυν, νὴ Δί', ὡς ἐμοί γε κρεῖττόν ἐστιν
ἵππων τρέφειν τέθριππον, ἢ τυπτόμενον ἐπιτριβῆναι.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

ἐκεῖσε δ', ὅθεν ἀπέσχισάς με, τοῦ λόγου μέτειμι,
καὶ πρῶτ' ἐρήσομαί σε τουτί· παῖδά μ' ὄντ' ἔτυπτες;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ἔγωγέ σ', εὐνοῶν γε καὶ κηδόμενος.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

εἰπὲ δή μοι,
οὐ κἀμέ σοι δίκαιόν ἐστιν εὐνοεῖν ὁμοίως
τύπτοντ'; ἐπειδήπερ γε τοῦτ' ἔστ' εὐνοεῖν, τὸ τύπτειν.

προςεῖχον. Venetus, τὸν νοῦν μου προςεῖχον.

1406. Venetus οὐκ ἄν. Deinde R. πρὶν ἢ 'ξαμαρτεῖν.

1407. νυνὶ] R. νῦν, post ἐξέπαυσεν, utrumque vitiose. ERN. Borgianus, ἔπαυσεν οὗτος. Venetus omittit μ' οὑτοσὶ. Ravennas habet μ' οὗτος. 'Εξέπαυσεν non malum, si legatur vel ἐπειδή μ' οὑτοσὶ τῶνδ' ἐξέπαυσεν αὐτός, vel ἐπειδή μ' οὑτοσὶ τούτων ὅδ' ἐξέπαυσεν.

1411. Rav. omittit τέθριππον. Ven. ἵππον τέθριππον τρέφειν.

1413. γε] Del. R. at Ia. pro γε habet σε, ut etiam in v. seq. non bene R. ἔγωγε in εὖγε mutat. Ia. σε delet. ERN. Ven. πρῶτον. Vulgo ἐρήσομαί γε τουτί. Membr. ἐρήσομαι τουτί. B. C. D. Elbing. et alii optimi codd. ἐρήσομαί σε τουτί, quod recepit Brunckius. Rav. Ven. ἐτύπτησας.

1414. Legebatur εὐνοῶν τε καὶ κηδόμενος. In Dorv. omissum τε. Dedi quod sensus requirebat.

1415. Ven. οὐκ ἄν μέ σοι.

1416. ἐπειδήπερ τοῦτ' ἐστ'] Vulgo: τύπτειν τ' ἐπειδήπερ τοῦτ' ἔστ' εὐνοεῖν τὸ τύπτειν. Atque ita etiam membr. et quartus Regius Sed Rav. τύπτειν sine τ'. Borgianus, τύπτειν ἐπειδήπερ τοῦτ' ἐστίν. Sic etiam Venetus, nisi quod τύπτειν δ' habet. C. ἐπειδήπερ γε τοῦτ' ἐστίν. B. Ia. Ib. aliique codd. ἐπειδήπερ γε τοῦτ' ἔστ', quod recte recepit Brunckius. Codex Brunckii, τύπτοντ', ἐπειδήπερ τοῦτ' ἐστίν. Ac τύπτοντ' a Brunckio merito receptum est, quod habent etiam Bavaricus et sextus Dobraei, cuius in secundo quidem τύ-

πῶς γὰρ τὸ μὲν σὸν σῶμα χρὴ πληγῶν ἀθῷον εἶναι,
τοὐμὸν δὲ μή; καὶ μὴν ἔφυν ἐλεύθερός γε κἀγώ,
κλάουσι παῖδες, πατέρα δ' οὐ κλάειν δοκεῖς; *
φήσεις νομίζεσθαι σὺ παιδὸς τοῦτο τοὔργον εἶναι·
ἐγὼ δέ γ' ἀντείποιμ' ἄν, ὡς δὶς παῖδες οἱ γέροντες.
εἰκὸς δὲ τοὺς γέροντας ἢ νεωτέρους τι κλάειν,

πτειν τ' sed supra scripto ον et glossa δαίροντα. Probavit etiam Porsonus in add. ad Hec. 1161. p. 103. ed. Lips. a. 1824. Is in Dobraei Aristophanicis reliqua sic scribi iussit: ἐπειδήπερ τόδ' ἐστὶν εὔνοεῖν τὸ τύπτειν.

1418. γε] R. τε. L. I. delent. Vtrumque perperam. Nec magis bene v. seq. R. κλαίουσι. ERN. Γὲ etiam ab Elbing. abest.

1419. τίη δή;] Τίη τί δή R. Delet autem C. Ia. et Ib. ERN. Verba haec τίη δή primus addidit Fracinus in ed. Iuntina. Absunt ea ab edd. antiquis, et codd. Ravennate, Veneto, Borgiano, Elbingensi, Bavarico, et Brunckii omnibus, nisi quod in C. in margine τίη δή scriptum, in membr. autem ibidem in margine minio additum τίη τί δή, sed in neutro codice personae indice notato. Caussa, quare ista verba omitterentur, fortasse fuit, quod ea, quae praecedunt, ad imitationem ficta sunt senarii Euripidei in Alcestide, 694. quem Aristophanes etiam in Thesmoph. 194. habet:

χαίρεις ὁρῶν φῶς· πατέρα δ' οὐ χαίρειν δοκεῖς.

Addunt ὅτιή τί δή Dorv. Arund. Mut. primus; τίη τι δή liber Caninii, in quo addita nota personae; τίη δή secundus Dobraei. Non obscurum est, esse hoc supplementum metricorum. Nam ne apta quidem est ista Strepsiadis quaestio. Sed quod Reisigius dedit, πατέρα δ' οὐ κλάειν δοκεῖς τι ἤδη, vix inveniet cui probetur. Ego quidem lacunae signum ponendum censui. Nisi fallor, huiuscemodi quid scripserat Aristophanes: ἐπεί γ', εἰ φήσεις νομίζεσθαι σὺ παιδὸς τοῦτο τοὔργον εἶναι, ἐγὼ δέ γ' ἀντείποιμ' ἄν.

1420. Pronomen omissum in membr. Habent illud B. D. Brunckii codex autem, Dorv. Caninii liber. Mut. 1. νομίζεσθαί γε παιδός. In Elbing. hic versus Strepsiadi tributus; qui sequitur, Phidippidi. Quum in Ven. Dorv. Barocc. 43. 127. Dobraei quinto, tribus Mut. ἐγὼ δ' ἀντείποιμι scriptum sit, videri potest id ortum esse ex ἐγὼ δ' ἂν ἀντείποιμ' ἄν.

1422. δὲ μάλιστα τοὺς γέροντας ἢ] R. τε μᾶλλον τοὺς γέροντας ἢ male. Superlativus et pro comparativo reperitur. Hesych. μάλιστα — πλέον — μᾶλλον. Τοὺς νέους τι κλάειν. Delevit τι Berglerus, ut postulat versus, et volebat Dukerus. Abest a nostris R. Ia. ERN. Vulgo, εἰκὸς δὲ μάλιστα τοὺς γέροντας ἢ τοὺς νέους τι κλάειν. Brunckius pro μάλιστα edidit μᾶλλον e MSS. A. C. quod etiam in Vaticano et Ravennate et Borgiano et Dorv. est. Servant

ὅσῳπερ ἐξαμαρτάνειν ἧττον δίκαιον αὐτούς.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ἀλλ' οὐδαμοῦ νομίζεται τὸν πατέρα τοῦτο πάσχειν.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

οὔκουν ἀνὴρ ὁ τὸν νόμον τοῦτον τιθεὶς τοπρῶτον
ὥςπερ σὺ κἀγώ, καὶ λέγων ἔπειθε τοὺς παλαιούς;
ἧττον τί δῆτ' ἔξεστι κἀμοὶ καινὸν αὖ τολοιπὸν
θεῖναι νόμον τοῖς υἱέσιν, τοὺς πατέρας ἀντιτύπτειν;
ὅσας δὲ πληγὰς εἴχομεν πρὶν τὸν νόμον τεθῆναι,
ἀφίεμεν, καὶ δίδομεν αὐτοῖς προῖκα συγκεκόφθαι.
σκέψαι δὲ τοὺς ἀλεκτρυόνας, καὶ τἄλλα τὰ βοτὰ ταυτί,

μάλιστα Ven. Mut. 1. 2. Dobraei omnes, sed in secundo γρ. μᾶλλον. Articulum ante νέους, quem Brunckius omisit, libri MSS. et editi veteres ad unum omnes habent; B. D. quartus Regius, Porsoni Harl. Bar. 43. 127. Dobraei praeter quartum omnes, Ven. tres Mutinenses, omisso τι, quod etiam a quarto Dobraei abest, etiam τοὺς νεωτέρους. Ravennas: εἰκός τε μᾶλλον τοὺς γέροντας ἢ τοὺς νέους κλάειν. Borgianus, εἰκός τι μᾶλλον τοὺς γέροντας ἢ τοὺς νέους τι κλάειν. Τὶ ante κλάειν omittit etiam Elbingensis. Quartus Regius: εἰκὸς δὲ μάλιστα τοὺς γέροντας, ἢ τοὺς νεωτέρους τι κλάειν. Ex hac librorum varietate veram mihi videor lectionem extricasse. Nam μάλιστα vel μᾶλλον, ut incertae scripturae vocabulum, non videtur ab Aristophane, sed ab interprete profectum, qui tritissimam ellipsin explicare volebat. Deinde non placet τοὺς γέροντας ἢ νέους, sed aut τοὺς γέροντας ἢ τοὺς νέους, aut γέροντας ἢ νέους dictum oportebat. Caeterum Ravennas, in quo εἰκός τε scriptum, hunc versum ponit post eum qui sequitur.

1423. Male R. ἐξαμαρτεῖν. ERN.

1425. Vulgo, οὔκουν ἀνὴρ ὁ τὸν νόμον θεὶς τοῦτον ἦν τοπρῶτον. Rav. Ven. Dobraei I. 3. τιθείς. Iidem Dobraei duo τὸ πρῶτον ἦν. In Bar. 43. et Dobraei 5. deest τοῦτον. Apparere ex his puto, vulgatam a metricis profectam esse, postquam interpretis additamentum ἦν in textum venerat. His indiciis ductus, veterum illorum librorum scripturam emendavi.

1430. Liber Ravennas αὐτοὺς pro αὐτοῖς habet. Bene factum, quod Reisigius non recepit suam in Coni. p. 207. coniecturam αὐτούς.

1431. Porsonus in praef. ad Hec. p. 42. (45. ed. Lips. 1824.) hunc versum, cum duobus aliis in Ranis, in quibus ἱππαλεκτρυόνα et ἱππαλεκτρυόνας anapaestum in quartum pedem inferunt, aliorum sagacitati emendandum reliquit. Legi eum voluisse ἀλεκτρύους et ἱππαλεκτρύω proditum in Miscellaneis eius a Kiddio editis p. 195. Accentus Kiddio deberi puto: oportebat enim ἀλεκτρυοῦς et ἱππαλε-

ὡς τοὺς πατέρας ἀμύνεται· καίτοι τί διαφέρουσιν
ἡμῶν ἐκεῖνοι, πλήν γ' ὅτι ψηφίσματ' οὐ γράφουσιν;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

τί δῆτ', ἐπειδὴ τοὺς ἀλεκτρυόνας ἅπαντα μιμεῖ,
οὐκ ἐσθίεις καὶ τὴν κόπρον, κἀπὶ ξύλου καθεύδεις;

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

οὐ ταυτόν, ὦ 'τᾶν, ἐστίν, οὐδ' ἂν Σωκράτει δοκοίη.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

πρὸς ταῦτα μὴ τύπτ'. εἰ δὲ μή, σαυτόν ποτ' αἰτιάσει.

κτρυῶ scribi. Non contendam prorsus perverse iudicasse de hoc nomine Porsonum, sed mirum tamen, quod neque ipse, neque alius quisquam formae contractae exemplum videtur proferre potuisse, quum communis forma saepe inveniatur etiam ubi locus contractioni fuisset, ut in Strattidis, Anaxandridae, Theopompi versibus apud Athenaeum IX. p. 373. 374. et hisce ipsis in Nubibus mox v. 1434. et supra v. 659. et apud Aeschin. adv. Timarch. p. 9, 10.

1432. καίτοι διαφέρουσ' οὐδὲν] Vulgo, καίτοι διαφέρουσ' οὐδέν. Et sic nonnulli codd. Versum hunc in extremo vitiosum esse patet. MS. R. et Ib. habet διαφέρουσιν, quod est necessarium et Dukerus coniectura assecutus est. Hoc posito stare non potest καί τοι, sed scribendum est modo καί, pro καί τοι, quod a glossa explicante τὸ καὶ fluxit. R. addit etiam τι et Ib. σφόδρα et οὐδὲν διαφέρουσιν, ut appareat hic haesisse scribas. ERN. Recte Brunckius e MSS. A. C. edidit καίτοι τί διαφέρουσιν ἡμῶν ἐκεῖνοι: quocum consentiunt Ven. et Dobraei tertius. Brunckii codex et Bavar. καίτοι σφόδρ' οὐδὲν διαφέρουσιν ἡμῶν ἐκεῖνοι. Ravennas τί διαφέρουσιν οὐδέν. Ex quo patet, οὐδὲν interpretationem esse.

1433. C. I. habent πλήν γ' ὅτι eleganter. ERN. Ita etiam Elbingensis, duo Porsoni, Dobraei omnes, Mut. tertius. Vulgo πλὴν ὅτι.

1434. Rav. Ven. ἅπαντας.

1435. Margo ed. Caninii, τῶν κόπρων. Deinde vulgo κἀπὶ ξύλου καθεύδεις. Ravennas κἀπὶ πλεῖον καθεύδεις. Quartus Regius κἀπὶ ξύλου καθίζεις. Porsoni Harl. et Bar. 127. Dobraeique tertius κἀπὶ ξύλῳ καθίζεις, quod non contemnendum. Pollux si in X. 156. ad Nubes respiciens scripsit: πέτευρον δέ, οὗ τὰς ἐνοικιδίας ὄρνιθας ἐγκαθεύδειν συμβέβηκεν, Ἀριστοφάνης λέγει, ὥςπερ καὶ κρεμάθραν, ἐν ταῖς Νεφέλαις· ea voce in priore Nubium editione usus videtur Aristophanes. Abusus est Pollucis loco Reisigius, ut Euripidis personae in Nubibus locum assignare posset, in Museo Rhenano vol. II. fasc. 2. p. 197. seq. iterumque de eo disputavit in fascic. 3. p. 454. ut Nubibus vindicaret πέτευρον.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

καὶ πῶς;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ἐπεὶ σὲ μὲν δίκαιός εἰμ' ἐγὼ κολάζειν·
σὺ δ', ἢν γένηταί σοι, τὸν υἱόν.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

ἢν δὲ μὴ γένηται,
μάτην ἐμοὶ κεκλαύσεται, σὺ δ' ἐγχανὼν τεθνήξεις.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ἐμοὶ μὲν, ὤνδρες ἥλικες, δοκεῖ λέγειν δίκαια·
κἀμοί γε συγχωρεῖν δοκεῖ τούτοισι τἀπιεικῆ.
κλάειν γὰρ ἡμᾶς εἰκός ἐστ', ἢν μὴ δίκαια δρῶμεν.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

σκέψαι δὲ χἀτέραν ἔτι γνώμην.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

ἀπὸ γὰρ ὀλοῦμαι.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

καὶ μὴν ἴσως γ' οὐκ ἀχθέσει παθὼν ἃ νῦν πέπονθας.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

πῶς δή; δίδαξον γάρ, τί μ' ἐκ τούτων ἐπωφελήσεις;

1440. σὺ δ' ἐγχανὼν τεθνήξει] *Tu autem prae risu morieris.* v. Suid. in ἐγχανών. ERN. Libri τεθνήξει. Suidas et editus et MS. apud Porsonum τεθνήξῃ. Dawesius in Misc. crit. p. 93. (148. seq. ed. Kidd.) τεθνήξεις, quod recepi, ab Elmsleio ad Ach. 590. iis argumentis communitum, quibus aegre reluctere.

1441. Mut. 1. ἄνδρες.

1442. τἀπιεικῆ] Adverbii loco ἐπιεικῶς dixit: mihi iis, quae dicit, *comiter* cedendum videtur. ERN. Fallitur. Hoc dicit, illos quoque suo iure uti decet.

1445. Omittunt γ' Ib. Elbing. Dorv. Rav. Ven. Tum Rav. ἀπεχθέσει.

1446. δή] Ia. οὖν. R. porro delet δή. Ia. et L. εἶτι. ERN. Vulgo: πῶς δή; δίδαξον γάρ, τί δή μ' ἐκ τούτων ἐπωφελήσεις. Pro priore δή Bar. 43. et Dobraei 5. νῦν. MS. Arund. et Brunckii codex, ἐκ τούτων ὠφελήσεις. Quartus Regius, Bergianus, Dobraei 2. 6. aliique, τί μ' ἐκ τούτων ὠφελήσεις. B. πῶς; δίδαξον γὰρ ἤν τι μ' ἐκ τούτων ὠφελήσῃς. Bentleius, τί δή μ' ἐκ τῶνδ' ἐπωφελήσεις. Bar. 43. Dobraei 5. δίδαξον γὰρ εἴτι μ' ἐκ τούτων ὠφελήσεις. Sic etiam, sed omisso γάρ, Leid. et Mut. 6. Sed primus Dobraei,

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

τὴν μητέρ', ὥςπερ καὶ σέ, τυπτήσω.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

τί φῄς; τί φῄς σύ;

τοῦθ' ἕτερον αὖ μεῖζον κακόν.

ΦΕΙΔΙΠΠΙΔΗΣ

τί δ', ἢν ἔχων τὸν ἥττω

λόγον σε νικήσω λέγων,

τί μ' ἐκ τούτων σύ γ' ὠφελήσεις. Brunckius recte ex A. C. reposuit, τί μ' ἐκ τούτων ἐπωφελήσεις, idque etiam Ravennas et Venetus habent.

1447. τί δῆτα] Τί φῄς, τί φῄς σύ. ERN. Non addidit Ernestius codicis notam, unde haec lectio ducta. Sed recte eam Brunckius reposuit ex A. C. Quartus Regius Ven. Dobraei 1. 3. τυπτήσω. τί φῄς σύ. Vulgatum τί δῆτα φῄς σύ servant Mut. b. c. Dobraeique 2. 5. 6.

1448. ἔχων] R. ἔχω. ERN. Vulgo hic versus in duos divisus est hoc modo,

τοῦθ' ἕτερον αὖ μεῖζον κακόν.
τί δ', ἢν ἔχων τὸν ἥττω,

quam rationem sequutus est etiam Brunckius. At in medio systemate dimetrorum non est locus catalectico versui. Quare verissime liber Ravennas haec verba omnia in unum tetrametrum catalecticum coniunxit, quo metro superiores versus sunt. Commemorat hanc descriptionem etiam scholiastes. Inde demum sequitur systema dimetrorum. Caeterum τί δῆτ' ἢν ἔχων τὸν ἥττω scriptum in Rav. ut ait Invernizius: (Bekkerus ex eo τί δῆτ' ἀνέχων notavit:) tum in Bar. 127. Dobraei 1. 3. nisi quod hic tertius ἔχω τὸν ἥττον, sic. Ἔχω etiam Bar. 43. et Dobraei 3. Mox omittit Rav. λόγον: in Bar. 43. Dobraeique tertio deest λέγων. Eius quintus: Φει. τί δ' ἢν ἔχω τὸν ἥττω σε νικήσω λέγων. Στρ. τὴν μητέρ' ὡς τύπτειν χρεών; Φει. τί δ' ἄλλο γ'. Στρ. ἢν ταῦτα, sic. Eadem personarum distinctio in Bar. 43. Porsoni Harleianus, τί δῆτα ἤν. Venetus, τί δῆτ' ἂν ἔχων. Non male legeretur, τί δῆτ' ἄν, ἢν τὸν ἥττω λόγον σε νικήσω λέγων. Ad sententiam explicandam recte notavit Brunckius, Strepsiadi, homini ineptis philosophorum subtilitatibus non imbuto, maiorem videri impietatem, quae in matrem, quam quae in patrem committatur; contrarium autem docuisse philosophos, qui patrem praecipuam procreationis caussam dictitarent; in iisque ipsum Euripidem fuisse, cuius locos commemoravit Valckenarius in diatriba de fragm. Eurip. p. 29.

1449. Rav. omittit λόγον.

τὴν μητέρ' ὡς τύπτειν χρεών;

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

τί δ' ἄλλο γ'; ἣν ταυτὶ ποιῇς,
οὐδέν σε κωλύσει σεαυ-
τὸν ἐμβαλεῖν ἐς τὸ βάραθρον
μετὰ Σωκράτους,
καὶ τὸν λόγον τὸν ἥττω.
ταυτὶ δι' ὑμᾶς, ὦ Νεφέλαι, πέπονθ' ἐγώ,
ὑμῖν ἀναθεὶς ἅπαντα τἀμὰ πράγματα.

ΧΟΡΟΣ

αὐτὸς μὲν οὖν σαυτῷ σὺ τούτων αἴτιος,
στρέψας σεαυτὸν ἐς πονηρὰ πράγματα.

ΣΤΡΕΨΙΑΔΗΣ

τί δῆτα ταῦτ' οὔ μοι τότ' ἠγορεύετε,

1450. Hunc versum omittit Ernestii C.

1451. ταυτὶ] R. ταῦτα et v. seq. σαυτόν. ERN. Ven. τί δῆτ' ἄλλο γ' ἣν ταύτην ποῇς.

1452. Hic versus in Brunckiana aeque ut in caeteris edd. trimeter est, quem sequitur dimeter,

οὐδέν σε κωλύσει σεαυτὸν ἐμβαλεῖν
ἐς τὸ βάραθρον μετὰ Σωκράτους.

At trimetro quum nullus locus sit in systemate dimetrorum, nos ea usi sumus versuum descriptione, quam posuerat iam Dawesius in Misc. crit. p. 189. (345. ed. Kidd.) Σαυτὸν etiam Ravennas habet, Venetus ἑαυτόν. In Elbingensi σὲ abest, et scriptum τοῦ ἐμβαλεῖν.


1454. Σωκράτους] Ib. τοῦ Σωκράτους e glossa. ERN.

1456. ἐγὼ] Ia. L. Bar. 43. omittunt ἐγώ.

1458. σὺ τούτων] Ia. et Ib. Dorv. omittunt. Rav. Ven. Bar. 127. σὺ σαυτῷ σύ.

1459. σεαυτὸν] R. ἑαυτόν, quod et ipsum rectum est. ERN. Ἑαυτὸν Mut. a. et membranae Brunckii. Si recte observavi, ἑαυτὸν distinctioni potius personarum inservit: ut hic vulgatum servari oporteat. Ravennas et Venetus, ἐς τὰ πονηρά.

